

Alte Drucke

**C. IVLII || CAESARIS || COMMEN-||TARII. || Quæ in hac
habeantur editione, sequens || pagella docebit. ||**

Caesar, Gaius Iulius

Lvgdvni, 1534

INDEX EORVM, QVAE IN COMmentarijs C. Iulij Caesaris habentur per
ordinem Alphabeti per Raimundum Marlianum, hominem sui temporis
eruditißimum. In quo diligenter quidem, sed cursim recognito, quaedam ...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150541

INDEX EORVM, QVAE IN COM-
mentarijs C. Iulij Caesaris habetur per ordinem Alphabe-
ti per Raimundum Marlianum, hominem sui temporis
eruditissimum. In quo diligenter quidem, sed cursim re-
cognito, quaedam emendata sunt, quaedam uel dempta, uel
mutata, multa addita usq; ad haec tempora.

A



AESAR in commentarijs Galliam
in treis parteis diuidens loca Galliae
prouincia à Romanis tunc possessa,
Britaniae ulteriores, quam Angliam di-
cimus, Hispaniae etiam citerioris, ac po-
pulorum cis Rhodanum, transq; Rhe-
num flumina sitorum annectit, qui omnes lingua, institu-
tis, legibusq; inter se etiam tunc differebant.

Aquitania regionum latitudine, & multitudine homi-
num ex tertia parte Galliae existimanda est: hanc Garumna
flumen à Celtis diuidit, quae & Oceanum mare attingit.
In hac sunt metropoles Burdegalesis, Auxitana, earumq;
suffraganeae: pars item aliarum metropolum extra termi-
nos eosdem sitarum, quae tamen Aquitaniae attribuuntur.
Gennam hanc Galli hodie nuncupant. Haec cum olim à regi
bus Francorum ducibus Normaniae tradita esset, qui post-
ea regnum Angliae occuparunt, cum illam post varias con-
tentiones centum & LX. amplius annos Angli tenuis-
sent, Caroli septimi auspicijs tandem ad Francos redijt.
In hac cum alij principatus celebres sunt, tum Fuxensis, quorum princeps nepos ex sorore Ludouici XII. qui nunc
rerum in Gallia potitur, uictis apud Rauennam Hispanis

Guene.
Fuxensis prin-
cipatus.

II memo

I N D E X

memorabili praelio, uitam cū principatu amisit, sicq; eius oppida ad regem nullis relictis hæredibus rediere, sorore superstitæ, Ferdinando Regi nupta.

Arar Celticæ fluiuius est, nunc la Sone. Oritur in diocesi Tullensi, sinibusq; Burgundiæ, & Lotoringiæ, non longe à monte Vosgo, quò Mosa flumē profluit. Intersecat tum eam Burgundiæ partem, quæ imperatoria, tum eam, quæ Regia dicitur. Illi comes, ut hodie loquuntur, huic dux à Francorum rege institutus præerat, qui tamē mortuo Carolo Philippi, ab Heluetijs occiso, ad supremum ius regiū adscriptus est, ut nullus adhuc Burgundiæ dux sit, sed comes tantum. Intersecat Cabillonem, ac Matisconem ciuitates, tunc Heduarum oppida, prolapsus Lugdunum urbem, Rhodanum influit: Quem fluiuium Virgilius in buccolicis, Lucanus in primo, & Tibullus elegia sua septima memorant.

Alexia inter Celtas oppidum Mandubiorū, in ducatu Burgundiæ, sinibusq; Heduarum: non longe à Lingonibus, nunc in uici formam redactum nomen retinens: à quo etiam hodie, ut plerisq; placet, magna pars eius regionis **Alsetum.** Alsetum nuncupatur: nec longe distat à uico, qui Flaniacum appellatur. In cuius Alexie expugnatione nonnullæ munitiones in floris lilij formam Cæsaris iussu, ut ipse scribit, factæ sunt.

Atrebates inter Belgas populi finitimi Ambianis, Tornacensibus, & Morinis, partem Picardiæ continent, ciuitas est, nomen adhuc retinens, in Prouincia Remensi: regem agnoscit, Arras hodie uulgò nuncupatur, in hac latissimæ datissima texuntur aulæa.

Ambiani

I N D E X

Ambiani Damiens uulgo, in Picardia posita, hanc rex ^{Amiens.}
 à duce Burgundia repetit.

Axona inter Belgas fluuius est in extremis Rhemoru
 finibus, quo pedibus uado trāsitus est, la Disne uulgo di-
 citur. In huius fluminis transitu Germani ab insequenti-
 bus Gallis magnum incommodum accepere, serè octo mil-
 libus passuum ultra Rhemos, Laudunensem, & Rhemen-
 sem diocesim partiens. Gallice Auaix nunc dicitur, pro-
 pè oppidum, quod uocatur Gallice Latonio.

Aduatici Belgarū populi regni Eburonum (nūc Leo-
 diensium) finitimi, ac Neruijs (nunc Tornacensibus) pro-
 ximi: habebant amplum, & in altissimis rupibus oppidū,
 forte nunc, ut quibusdā uidetur, est oppidum appellatum
 Beaumont, uicinum Thuduino in finibus Hannonia. Hos ^{Beaumont.}
 ex allusione uocabuli cōplures credunt esse eos, qui Do-
 nacum Atrebatensis dioecesis oppidum, non longe à Ca-
 meraco urbe distans, incolūt. Hi Aduatici Cimbris, The-
 utonisq; prognati erant, qui Transrhenani fuerunt. Sed
 magis coniectura est Aduaticos fuisse eos, qui hodie Gal-
 licam Brabātiā, ubi oppidū Niuela est, partemq; Han-
 nonie circa Cannelum montem, & Bintiū oppida Ca-
 meracēsis dioecesis, finitimaq; his loca extra Francorum
 regnum inhabitant: ubi locus quidam in uici formam reda-
 ctus est serè desertus, cuius nomen Gallica lingua ueteri
 satis alludit, & monumenta adhuc quædam præclara ue-
 rustatis uisuntur. Hi Bosleducenses dicti.

Auaricum erat oppidum Celtarum maximū, munitissi-
 mumq; in finibus Biturigum, agri fertilissima regione se-
 rè ex omnibus partibus flumine, & palude perpetua
 ll 2 circund

INDEX

circundatum, trans Ligerim fluuium, habens unum, & perangustum aditum, proximum Nouioduno oppido Biturigum, ac Gennabi oppido Carnutum, & Velaunoduno oppido Senonum, in Fræcorum regno situm, Burges, uel Viaron à Gallis appellatum.

Burges.
Viaron.

Ambuariti, qui Beuuni, siue Brabātini inter Belgas populi erant citra Rhenum, & Mosam flumina. Ad quos prædandi, frumentandiq; causa partē equitatus miserant Vsiptes Germani, & Thenchteri populi, qui cis Rhenū transeūtes finibus suis Menapios (nūc Iuliacēses) expulerant. Inde coniectura est hos Ambuaritos incoluisse eam ducatus Brabātiae partem, in qua Buscusducis, Breda, & Bergis oppida, Leodiēsis diocesis, & Antuerpia oppidum, Camaracensis diocesis extant. Nusiāq; & Geldria citerior sitæ sunt, circa quæ loca per campaniam Brabantiae, usq; Tungris oppidū propè usq; Leodium, ut plerisq; placet, mare oceanum protendebatur.

Ancalites populi in Anglia Trinobantibus, Biarogis, Casijs, & Ceuimagnis proximi.

Ambilates populi inter Celtas, Lexobijs, Nanetibus Diablintribus, & Ossiinis proximi, in Britannia citeriore, qui oppositi sunt Angliæ, in regno Francorum siti Dauranches à Gallis.

Aulertij populi erant inter Celtas, Hedunorum cliētes, de Ange dicunt, siue Rhoanum.

Ausci populi in Aquitania proximi Garumnis, Vocatijs, Carusatijs, Sontiatibus, Cocosatibus, & Hispaniæ citeriori, in regno Francorū siti: quos coniectura est fuisse Auscitanos: ciuitas est metropolis, Hi sunt Aquitanorum clarijsi

I N D E X

clarissimi, quorum urbis opulentissima Helui Vmberrum,
ut refert Pomponius Mella.

Ambari inter Celtas, necessarij erant, & consanguinei
Heduorum, quos quidam opinantur esse Borbonienses. Borbonienses.
Niuernenses.
Nonnulli autem, quod fuerint Niuernenses, Heduis fini-
timis, siue pro parte Bituricenses allusione uocabuli, quo
etas nostra utitur. Ambaros etiam dicimus ciuitatum cli-
entes, seu adherentes. Oppidum Ambarorum pagus Se-
marius, siue mons Barri dicitur.

Allobroges erant populi citra Rhodanum fluuium, &
ad Lemanni lacus ripas extra Belgas, Celtas, & Aquita-
nos. Gebennam oppidum, ubi solennes Nundinae nostra
etate celebrantur in Sabaudia, locaq; finitima incolentes,
qui etiam fuere finitimi Vocuntijs populis, propinqui
Ceutronibus, nunc Tarentasijs, ac trans Rhodanum ui- Tarentasijs.
cos, & possessiones habebant circa regionem, quae hodie
Brixia dicitur duci Sabaudiae spectantem, quam fluuius
Indis irrigat, citra Ararim flumen. Hos memorat Iuena Indis fl.
lis Satyra prima, & Salust. in Catilinae historia, referun-
turq; in epistola Planci inter familiareis Tullij, quae inci-
pit: Nunquam me hercule. Allobroges enim, qui cis Rho-
danum habitabāt, finitimi erant Galliae, prouinciae Roma-
norum, propter quod cum Romanis paulo ante bello cō-
tenderant, ac nuper pacati erant. Inde constat Delphina Delphinatus.
tum fuisse tunc ex parte Galliae Prouinciae, quae Romano-
rum erat, cum esset finitima Allobrogibus: fuisse item par-
tem Allobrogum, inter quos fuit Vienna ciuitas Metro-
polis secundum Strabonem. Hi sunt hodie Sabaudientes Vienna ciuitas.
Sabaudientes.
appellati, quibus Dux praest uestustate imperij, & nobi-

INDEX

litate generis longe clarissimus: caput gentis Taurinum: nam Vercellas in dotem eius maiores a uicecomitibus habuere, pacis admodum studiosi.

Aruerni populi inter Celtas finitimi Heduis, Biturigibus, ac Borbonicis, nec longe à Lemonicibus nomē retinent: ducatus est, cuius titulus duci Borbonij adscribitur in Frācorū regno siti. Hos memorat Lucanus in primo.

Aulertij item populi inter Celtas, ex ciuitatibus maritimis oceanū attingentibus, quæ Armoricæ appellatur, proximi Rhedonibus, Sesunij, Curiosolitibus, Osismis, Vnelis, Venetis, ac Cenomanis in Prouincia Turonensi, & Francorum regno siti, quos nonnulli Aurelianenses esse opinantur. Sed illi Prouinciæ sunt Senonensis.

Aulertij item inter Belgas proximi Eburonibus, Lixonijs, ac Velocassis.

Alduadusius Celtarum est fluuius, Gallicè le Doux, oriens circa montem Iura, Sequanos ab Heluetijs diuidens, lapsusq; per comitatum Burgundiae, montem Belliacardum, Insulā, ac Clarauallē castella perluit, ac urbem Bisuntinam nūc intersecat, dehinc Dolam oppidum præterfluens circa Viredunum castrum non longe à Cabilonensi urbe Arari fluuiō miscetur, & Dubius nunc uocatur, ad Sequanos prorsus pertinens.

Dubius fl.

Andes populi inter Celtas, Curiosolitibus, Venetis, Carnutibus, & Turonibus finitimi, ac ducatus Bituricensis, oceanoq; proximi, quos Ligeris flumen alluit: ciuitas est inter Gallie primarias Andegauenses dicti, in Prouincia Turonensi, & Frācorū regno siti, ducatus titulo insigniti. Hinc in regno Neapolitano Angioni dicti, quod ad il-

Andegauenses.

Angioni.

Lam

I N D E X

lam familiã regni iura deuenerant, quæ mox reges Francorum ex testamento Renati ultimi sibi adsciuerunt.

Agendicum inter Celtas oppidum Senonibus, Parisijs Velaunoduno oppido Senonum, Genabi Carnutum oppido, & Nouioduno, Auaricoq; Biturigum oppidis proximum in regno Francorum situm Prouins gallicè.

Ambibareti erant populi in quos Cæsar hyemandi causa Caium Antistium Rheginum cum legione una in septimi commentarij fine misisse commemorat, & forte erant Ambianenses, uel aliqui his proximi, ut eos, Atrebatesq; & Morinos finitimos in fide contineret. Non enim est uerisimile, quin aliquam legionem illic collocauerit, ut superioribus annis consueuerat, de qua non constat, nisi de hac intelligamus.

Ambibari populi Celtarum Armoricas ciuitates oceanum attingentes finitimi Rhedonibus, & Lemouicibus, circa Britanniam citeriorem, & Normanniam in regno Francorum siti.

Armoricæ ciuitates posite erant in ultimis Gallie finibus, oceano cõiunctæ, ex quibus fuere Curiosolites, Rhedones, Ambibari, Cadetes, Osisini, Lemouices, Vnelli populi oppositi Angliæ, Britania citerior, & Britonans appellata. Cui dux olim regi subditus præfuit, nunc ex matrimonio Annæ ducis olim filiæ ad regem redacta.

Arduenna sylua omnino in Belgis totius Gallie maxima, atq; ingens, à Rheno fluuio per fineis Teruironum ad Neruios (nunc Tornacenses) & Rhemorum pertinet, millibus passuum amplius quingentis in longitudinem patet, attingit enim Menapios (nunc Iuliacenses) Aquisgranum

H 4 oppi

I N D E X

oppidum, Eburones (nūc Leodienſes) Condruſos, Adu-
ticos, qui erant pars comitatus Hammonie, Lucēburgen-
ſem, Bulionienſem, Barrenſem, Lotorigum, Limburgen-
ſemq; ducatus Eſſiam, & comitatū Namurcenſem, Me-
tenſium, Maguntinorū, Conſluentia, & Vbiorum (nūc
Colonienſium) & Catalaunæ diœceſis fines, in qua ſunt
uici, caſtella, & oppida multa, ac complures inſignes ab-
batia, præſertim ordinis Diui Benediſti, ſcilicet Diui
Vberti Leodienſis diœceſis, Diui Cornelij Colonienſis
diœceſis: cuius ſyluæ extrema pars uerſus Belgas ſunt
Moſa, & Scaldes fluuij, Scaldes uero Moſam inſluit:
qui fluuij, & ſylua nomen retinent priſcum hac etiam
tempeſtate.

Antij populj trans Rhenum, & Danubium, cui ac
hercinia ſyluæ, quæ ingens erat ſylua Germaniæ, & Da-
ci. cis finitimi erant. Qui Daci, ut plerisq; placet, pridē par-
tem habitauerunt Pannoniæ.

Antuates populj citra Rhodanū extra Belgas, Celtas,
& Aquitanos, finitimi Allobrogibus, & Gebennæ oppi-
do, ac Galliæ Prouinciæ Romanorum proximi. Huius no-
minis adhuc extat uicijs, & præfectura quædā monacho-
rum inter Gebennam, & Delphinatum, qui eſt Geben-
nenſis diœceſis. Videntur tamen ſecundum Cæſaris de-
ſcriptionem Antuates magis fuiſſe inter Allobroges, &
S. Mauritius. uicum Veragrorum, cui Diuus Mauritius Sedunenſis
diœceſis nomen eſt.

Aremici populj, uel Artomici extra Celtas, Belgas, &
Aquitanos citra Rhodanū fluuium finitimi Volcis, non
longe à Gaballis, Aruernis, Heluijs, Rhutenis, Maſſilijs
bus

I N D E X

bus & Cadureis, hos coniectura est fuisse Artomicorum
populos, quorū ciuitas est episcopalis, & prouinciæ Vie-
nensis in finibus Gallie prouinciæ Romanorū, quos Au-
racenses dicimus, ubi principatus est Francorū Regi non
subditus, Armeniacus uulgo dictus: horū princeps Iaco-
bus nomine, cum à Florentinis in Italia accersitus esset
aduersus Ioannē Galeatiū Mediolanensem Ducem, apud
Alexandriam magno prælio uictus, & cæsus est.

Auracenses.

Armeniacus.

Alpes erant, quibus initio gallici belli Cæsar ex Italia
in Galliam quinque legiones traduxit, per fineis Centro-
num, qui hodie Tarentasij nominatur: hæ Graiæ dicuntur,
quibus uulgo mons Cinesius, seu cinerū nomen est: quæ
& Pœnina, ut quidam uolunt, dicuntur, quod Hannibal
Pœnus his in Italiā penetrauerit. Tacitus autē Pœnina iu-
ga, quibus ex Italia in Noricum, & Germaniam iter est,
designat. Aliæ erāt alpes, quas summas Cæsar appellat,
quod inter omneis magis emineant, quarum iter patefieri
uolebat, quò magno cū periculo, magnisq; cum portorijs
mercatores ire cōsueuerant, proximæ Veragrijs populis,
quorū uicus erat Octodorus, nūc diuus Mauritius dictus:
harum una diocesis Augustensis Diui Bernardi montem
uulgo nominat. Alteri Sedunensis diocesis Mons briga
nomē est. Sunt & alpes, quas Cornelius Tacitus, & ue-
teres dixere maritimas: hæ in Prouincia Hebrēdunēsi, lo-
cisq; Ligustico mari finitimis cōsistunt, quæ ex Italia iter
erat ad aggrediēdam Narbonnēsem Prouinciā. Alpes itē
fuere, quas idē Tacitus, & prisci dixere Rheticas, à Rhe-
tis populis, qui ex Thuscia profecti, duce Rheto, ea loca
tenere, forsan dictæ: hæ agro Tridētino adiacēt, & Ve-

Alpes Graiæ.

Mōs Cinesius.

Alpes Pœningæ.

Pœnina iuga.

Alpes Summæ.

S. Mauritius.

Mons d. Ber-

nardi.

Mons Briga.

Alpes mariti-

mæ.

Rheticæ alpes.

ll s ronēsi,

I N D E X

Alpes Leponiæ.
Mons S. Got-
tardi.
Mons S. Ni-
colai.
Cottiæ alpes.
Alpes Iuliæ.

ronensi, quibus ex Italia in Sueuiam, & Austriam iter est. Fuerunt & ille, ex quibus Rhenus inter fines Sedu-
 nensis, & Curienfis diocesium oritur, quas Leponias
 Cæsar & alij scriptores appellauere: Nunc Diui Gott-
 di, ac Diui Nicolai dicuntur, quas Cottiæ esse quibusdā
 placet, quibus in loca Rheno, oceanoq; finitima ex Italia
 aditus est. Iulias præterea alpes memorat Tacitus, quas
 sentit esse proximas Rhetis, qua forte ex Italia per Tri-
 uisnam urbem in Stiriam, & Austriam iter est.

Asiburgium oppidum Germaniæ non longe à Rhe-
 no fluuio, & cis eum inter Geldubam, & uetera castra
 situm Nusiæ, & Cliuensi ducatu proximum, non me-
 morat Cæsar, sed Tacitus.

Colonia.

Agrippinam, quæ nunc Colonia dicitur, archiepis-
 palem inferioris Germaniæ Vbiorū urbem ad ripas Rhe-
 ni citerioris sitam non memorat Cæsar, sed Tacitus: in
 qua gente Agrippinam Claudij Cæsaris coniugem, Nero
 nisq; matrem natam esse, ac ueteranos, & coloniam illuc
 deduci imperasse, Vbiorumq; gentē Rheno transgressam
 auum eius Agrippā in fidem suā accepiſſe, ac eam urbem
 fatali igne paulo post consumptam refert, in qua capito-
 lium, & loca, ac ædificia fuisse, & ritus ad Romanorum
 instar. Ex his adhuc non omnia periire.

Antona in Anglia fluuius: Tacitus.

Ansuarios Germaniæ inferioris populos p̄ximos Phry-
 sijs pulsos à Caucis, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

Arenacij inter Coloniam, & Traiectum urbes epis-
 pales locum ultra Nouesium Rheno adiacentem nō me-
 morat Cæsar, sed Tacitus.

Belgæ

I N D E X

B

Belgæ populi multarum ciuitatum, oppidorum, ac locorum mari oceano, Rheno, Matrona, & Sequana fluminibus includuntur, horum plerique orti à Germanis Rhenum antiquitus traductis, Gallos inde expulerunt: hi moribus, legibus, & ornatu nunc sunt ualde culti, humani, & satis effœminati, continueq; sunt apud eos mercatores, quo per ætates commercia, moresq; hominum mutari constat. In his sunt Metropoles: Treuerensis, Coloniensis, Maguntina, Rhemensis, cum earum suffraganeis intra oceanum mare, ac eadem tria flumina constitutis: item Brabantia, Flandria, Holandia, Gheldria, ac Phrysiæ pars, tota Picardia, Hannonia, Iuliacum, Virtutum comitatus, ac Campaniæ maxima portio. Sylua Arduenna uniuersa, cum singulis sibi adiacentibus, & ea inclusis populis, ac locis, & plerique principes, tum profani, tum sacri, ducesq; & comites, ciuitatesq; quarum multæ liberæ, suoq; iure agunt, aliæ Francorum regi obtemperant, quod superest imperatorias parteis sequitur. In his sunt tres imperatorum electores, sunt & Francorum regis, quos Pares uocant, ferme omnes. Imperator certe, & Rex in Belgis coronatur, cōsecratur, & inun-

Pares Fran-
ciæ.

gitur: alter Aquisgrani, alter Rhemis. Hos memorat Lucanus in primo. In his Belgarum clarissimi erant Treuiri, quorum urbs opulentissima Augusta, ut refert Pomponius Mella, quæ nunc ignoratur. In Belgica autem à Iulio Cæsare usque in tempus inclinantis imperij Legatum Romani diutius habuerunt. Nunc uero uicæ procōsulum, & legatorū Romani Pōtificatus Monarchia extat, & leg

Treuiri.

I N D E X

et legatos natos, et primates habet, quibus subsunt episcopi ad instar Praefidis Prouinciæ instituti. Sunt et Collectores, quos prisca ætas Quæstores appellauit, atque Reges, et principes, qui uelut censores decreta Pontificis Maximi, et censuras reuerenter exequuntur, huic singuli obedientiâ exhibent, et ad eum in causis maioribus recurrunt, quas ad ipsum assidue deferunt.

Relgium erat Bellouacorum ciuitas magna, et inter Belgas autoritate, atque hominû multitudinem præstans, in qua Cæsar interdum hyemauit, ac plures legiones eius aliquando illic in hybernis fuere, nomen adhuc retinet.

Beauuoisin. Bellouaci ciuitas est episcopalis in Prouincia Rhemensis, ac Francorû regno sita: hi hodie de Beauuoisin.

Bibrax oppidum Rhemorum in Belgis ultra Axonam flumen, nec longè ab eo: quod flumen in extremis Rhemorum finibus erat, et in eo pons in Francorum regno situs, nunc nauis, et interdum uado traiecitur: portus priscum oppidi nomen latinè retinet.

Bibraete oppidum Heduarû, in Celtis longe maximû, ac copiosissimum, et maximè apud Heduos auctoritatis, in quo totius Gallie conciliû Cæsar indixit, ius dixit, et sæpe hyemauit: in Francorum regno situm, in formâ ruris redactum, et in radicibus montis non longe ab Hedua ciuitate positum, nomen retinet.

Bibrogii populi in Anglia mari proximi, et Cassii, Ancalitis, Trinobatibus, Cenimagnis, ac Sengoriacis.

Bigerrones populi in Aquitania proximi Tarbellis, Vatijs, Taruscijs, Sonciatibus, et Hispaniæ citeriori, in Francorû regno siti, comiti de Fuxo subditi. Vbi comitatus

tatus

I N D E X

tatus est in Vasconia consistens, nomen retinent ubi Tur
sa est, & castrū Begora, & episcopatus Biterensis Pro Begora castrū.
uincie Narbonensis. Hinc profectus uir fortis Enequus
nomine Regnū Nauarræ constituit, pulsusq; inde Mau- Nauarræ re-
ris, successoribus suis regnum per manus reliquit. gnum.

Bractuspantium oppidū Bellouacorum inter Belgas,
finitimum sueſionibus, in Frācorum regno situm.

Brannoices populi inter Celtas proximi Segusianis,
Ambuaretis, ac Heduis, quorum clientes erant: hodie Le-
moriane.

Blanonij populi inter Celtas proximi Segusianis, Am-
buaretis, ac Heduis, quorum clientes erāt: qui fuerunt for-
te Brannonices, qui dicuntur à Gallis de Blano.

Bituriges populi inter Celtas, eorū fineis ab Heduis,
quorum erāt in fide, Ligeris fluuius diuidit, proximi sunt
Aruernis, xxi. urbeis eorū uno die incenderunt, ut Cæ-
sarem cōmeatu, & pabulatione prohiberent. Ciuitas est
Metropolis, retinēs nomen, Carolus septimus, qui pulsus
Anglis Francorum Regnum restituit, cum nihil firmē
aliud eſſet, quod in Gallia retineret occupantibus Anglis
omnia, Bituricensis rex in derisum appellabatur: regno
Francorum sita, hos memorat Luca. primo.

Bataui populi inter Belgas. Nam Mosa flumen parte
quadam ex Rheno recepta longe ferè ab oceano octogin-
ta millibus passuum, quæ appellatur Vualis, in sulam eſſe- Vualis fl.
cit Batauorum, in oceanum influit. Hi hodie, ut plerisq;
placet, Holandini dicuntur dioecesis Traiectensis propin- Holandii
qui Phryſiæ, & ducatus Gheldriæ, ac mari oceano fini-
timi, hos memorat Luca. in primo, hi à Catīs populis
transfr

I N D E X

Hagheducum.
Mona insula.

transrhenanis, Cerusis, & Ligijs Pannoniæ populis ultra Hercyniam syluam finitimis, Hermunduris orti dicuntur, & seditione domestica pulsi extrema Gallicæ oræ uacua cultoribus, simulq; insulâ inter uada sitam occupauere, quam mare oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum, ac latera circumluit, ut refert Cornelius Tacitus dicens, apud Batuos fuisse olim lucum sacrum, qui, ut coniectura est, hodie in finibus uici Hagheducis in Hollandia extat, nec longe secundum Tacitū est insula nomine Mona, unde forte Monachum oppidum, uel Monasterium ciuitas episcopalis est.

Britaniæ maioris, cui nomen est Anglia: pars interior ab his incolitur, quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt: maritima pars ab his, qui prædæ, ac inferendi belli causa ex Belgis transierant, qui omnes frè his nominibus ciuitatum appellantur, quibus orti ciuitatibus peruenerunt, & bello illato ibi remanserunt, atq; agros colere cœperunt. Inde opinio eorum linguam, ex populorum diuersitate compositam, intellectu, scientiaq; loquendi difficiliorem esse, quodq; Germanos præ cæteris caecos habeant, quia pleriq; Belgæ orti sunt à Germanis, qui antiquitus Rhenum transiuerunt, à quibus post hæc Angliæ pars maritima originem sumpsit, hos refert Lincanus ultra oceanum esse, & toto discretos orbe. Continet tota Anglia insula in circuitu bis mille millia passuum. Apud hos erat, & est magnus pecorum numerus. Hæc insula Angliæ, Germaniæ populis in eâ classe sæpius irruētibus, uictis ueteribus colonis Anglorum terra dicta.

Anglorū terra.

Verum partem eius, quæ magis ad septentrionem uergit
Scotti,

I N D E X

Scoti, & ipsi Germani pictis admistis occuparunt, ho= Scoti.
dieq; tenent, Francis amicissimi, Anglorum regi maxime
semper infesti. Populi moribus inconditi, efferi, nullas
propè urbes habent, nemora, & sylvas, bellis ingruen=
tibus, petunt.

Boij populi Transrhenani, Franconia, alpibus Italiae,
Suevis australibus, ac Danubio flumini proximi. Qui in
agrum Noricum transiire, Noricq; oppugnarut ex=
pulsis, ut coniectura est, Noricis: quorū Noricorū adhuc
pars trans Danubium nō longe ab ortu eius, & Athesis
fluminis sita Noricus appellatur. Boiorum pars Heduis

Norici.

Cæsarem deprecantibus deuictis Heluetijs, quorum in so=
cietate domo excefferant, in finibus Heduorum à Cæsare
sunt collocati. Vbi Gergobinam ciuitatem exigua, & in=
firmam non longe ab Auarico oppido in finibus Bituri=
gum sito, eis per Heduos attributo habitarunt: Boij pri=
mum, post Boiarij, & nūc Bauari dicti, à finibus Herbi=
polensium per Noricum agrum, ubi Nuringberga est op=
pidum, in medio serè Germaniae situm, in Angustenses
protenduntur. cum quibus, & alijs finitimis Transrhena=
nis usque ad Brisinam urbem, & terras, quas hodie Si=
gismundus Austriae dux possidet, ac in sineis Tridētinis
sepe tunc, & continue usq; nunc Heluetij Rhenū trans=
eunt bella gessere: hi Borbonij hodie dicuntur.

Gergobina.

Boiarij .
Bauari.

Borbonij.

Bacenis, sylua ingens trans Rhenum, Sueuos à Che=
ruscis pro natiuo muro diuidit: nūc, ut opinio est, Nigra Nigra sylua.
sylua dicitur, nō lōge Friburgo oppido, & Badēsi agro,
inter Athesim, Rhenum, Necharum, Moganum, & Da=
nubium Germaniae flumina, Hercyniamq; syluam, &
Hassiae

I N D E X

Hassia regionis Germanicae montes.

Bellocaſi, populi inter Celtas, proximi Lexouijs, quos opinio eſt eſſe Baiocenſes: eorū ciuitas eſt episcopalis, in Prouincia Rhotomagenſi, ducatu Normannia, & regno Francorum ſita.

Brigantes in Anglia populos gentem non memorat Caſar, ſed Tacitus.

Batauo durum inter Colonienſem, & Traiectenſem urbeis episcopales, locum ultra Noueſium in finibus ducatus Cliuenſis ſitum, Rheno adiacentem Belgas adſcribendum: non memorat Caſar, ſed Tacitus.

Bonnā oppidū ad citeriores Rheni ripas ſitum, & Colonienſi urbi, ac Conſluentiae oppido proximū, inter Belgas numerādum: nō memorat Caſar, ſed Tacitus.

Bethasios Germania populos inter Belgas proximos Canineſatibus, Batauis, Tungris, ac Maſſacis Traiectenſes ſuperiores fuiſſe coniectura eſt, ad utranq; Moſa fluminis ripam cis Rhenum ſitos, in diaceſi Leodienſi: hos Caſar non memorat, ſed Tacitus.

Bingiam, nunc Pinguiam, Germania oppidum Belgis adſcribendum, inter Maguntiam urbem, & Conſluentiam oppidum cis Rhenum eius ripis finitimum: non memorat Caſar, ſed Tacitus.

Bruteros, ex quibus fuit Velea uirgo fatidica, quae Germanis religionem animos eorū occupantibus aliquando praefuit, ut autor eſt Tacitus, Germania inferioris populos Henteris, & Phryſijs proximos: nō memorat Caſar, ſed Tacitus.

Celtica,

*Velea uirgo
fatidica.*

INDEX

C

Celtica, quæ & Gallia olim à Romanis dicebatur, Bituninā, Senonēsem, Bituricēsem, Lugdunēsem ciuitates metropolicas, earumq; suffraganeos omneis inter Garumnam Matronam, Sequanam, & Rhodanum flumina sitas complectitur: in hac sunt ducatus Bituricēsis, Burgūdia, Borbonij, Aruerniæ, Aurelianensis, Vallesij à quo recens Vallesij
tiores Francorū Reges, à Philippo scilicet Vallesio, cognominantur, & Normāniæ, quoad citra Sequanam se extēdit, comitatus etiā Burgundie, Niuernēsis, Antisiodorēsis, mōtis Belicardi, Ferretēsis Carolotēsis, Matisconēsis, Blesensis, Belluacēsis, de Iouigni principatus aure sicæ, multiq; alij, & pars comitatus Campaniæ. Celtarū clarissimi sunt Hedui: horū urbs oppulētissima Augustodunū, ut refert Pōponius Mella, cui Gallica lingua alludit Augustodunū.
Autun appellādo: cuius Celticæ terminos, quoad Ro. Imperiū in Gallis uiguit, Rhodanus fluuius præfiniebat, ut nonnulli scripserunt: hi proprie Franci nunc dicuntur. Franci.

Centrones populi finitimi Garocellis, & Caturigibus non longe à Vocontijs, & Allobrogibus erant, inter Alpes Graias, quæ hodie dicuntur mons Cinerum, siue Cinesius, & urbem Gebennam, lacumq; Lemanium, & Rhodanum fluuium. Nunc autem Centrones sunt Tarentasij, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, in Sabaudia, ciuitas est Metropolis. Tarentasia.

Caturiges populi finitimi Centronibus, ac Garocellis, quā iter erat ab alpibus Graijs ad oppidum Gebennam, lacum Lemanium, & Rhodanum fluuium, quos uerisimile est fuisse dicecesis, uel saltem Prouinciæ Tarentasiæ,

m m extra

INDEX

extra Belgas, Celtas, & Aquitanos.

Cimbri populi Rhenum fluium transeuntes depositis (ubi postea Aduatici incoluerunt) citra id flumen impeditis, omnem Galliam uexando, & occupando, solis Bellouacis resistentibus, iterq; per Galliam Provinciam Romanorum facientes, in Italiā contenderunt. Hos memorat Lucanus in primo, quos à Dacia (que Dania dicitur) uenisse opinio est: hi Zelandiam hodie tenent, Zelandiq; nuncupantur,

Dania.
Dacia.
Zelandia.

Cargali populi Transrhene, in Galliā Celticā circa finis Sequanorum, ac Heduarum ab Arionisto Germanorum Rege transportati, quos nō ab re opinari possumus eosdem fuisse cum Harudibus, ab ipso rege similiter translatis.

Caletes populi inter Belgas Morinis, oceanoq; maris finitimi, ac Ambianis, & Atrebatibus proximi: ab his breuissimus in Britāniam, nunc Angliam traiectus, nomen retinent: Normanniæ sunt diocesis, in Regno Francorum siti, Anglorum regi subiecti.

Catuaci populi inter Belgas, Neruijs, Caletis, Viromāduis, ac Condrusis proximi, quos forte Doaci oppidi incolas Atrebatensis opinari licet.

Cherusci populi, Germani gente, nomine, & numero appellati: cis Rhenum fluiū inter Belgas Eburonibus, qui hodie Leodiensis, & Condrusis proximi, hos coniectura est fuisse inter populos Leodiensis diocesis.

Condrusi Belgarum populi inter Eburones (qui nunc Leodienses sunt) Segnos, & Treuiros (quorū erāt clientēs) Menapijs, Mosæ fluuii, & sylvæ Arduennæ finitimi, gente,

INDEX

gente, nomine, & numero Germani, apud quos est ad ripas Mosæ oppidū ab Antonino Pio, ut quidam scribūt, conditū, & Benefacta appellatū: nomen retinēt: diœcesis sunt Leodiēsis, & usq; ad ciuitatis ferē mœnia protēduntur, cuius antistiti etiam subiacent, nūc ducatu Lucēburgēsi ac comitatu Namurcensi, & Mosæ fluuiio finitimi.

Curiosolitæ populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus oceanū attingētibus, quæ Armoricæ appellatur, proximi Andegauēsis, Sesuijs, Osisins, Vnellis, Venetis, Aulercis, Rhedonibus: hos Corisopitēses esse plerisq; placet: quæ ciuitas est episcopalis in Prouincia Turonēsi, Britaniæ ducatu, regnoq; Frācorū siti: Cornouaide à Gallis.

Corisopitenses.

Cadetes populi inter Celtas ex ciuitatibus oceanum attingentibus, quæ Armoricæ appellantur, proximi Lemouicibus, Rhedonibus, Venetis, Andegauēsis, Cenomannis in regno Francorum siti.

Cadurci populi inter Celtas, proximi Hebuteris, Gallis, Velaunijs, Lemouicibus, & Aruernis. Quorū sub imperio esse consueuerat, ciuitas episcopalis in Prouincia Bituricensi, ac regno Francorum sita: nomē retinēt. Hos memorat Iuuenalis in prima satyra tertij libri. Nec longe erant à finibus Prouinciæ Romanorum.

Cauillonum oppidum Heduarum inter Celtas, quod coniectura est fuisse oppidum Cabillon, ad ripas Araris fluuij scilicet fluminis, ubi rei frumentariæ, commercijq; & commeatus causa sæpe Romani negociabantur.

Carnutes populi inter Celtas, Andegauensibus, Turonibusq; finitimi, ac oceano proximi, erāt in clietela Rhemoru: regio eorum totius Gallie media, à qua tamen ex-

INDEX

tra regnū Francorū biduo iter expedito patet. Ciuitas est episcopalis, nomē latine retinēs, in Francorū regno sita.

Cantabri populi ciuitatum citerioris Hispania, finitima Aquitania, qui auxilio fuerunt Vocatijs, Tarusatijs, Tarbellis, Bigeronibus, Garumnis, Cocco satibus, ac reliquis populis, & ciuitatibus Aquitania contra exercitum Caesaris, cuius dux erat P. Crassus, Marci Crassi filius, qui cum patre à Parthis interemptus est: finitimi oceano Aquitanico, Pyreneis montibus, ac Garumnae fluuio.

Coccosates populi in Aquitania, proximi Subuzatibus, Vocatijs, Tarusatijs, Sontiatibus, Garūnis, ac Hispania citeriori, & Garumnae fluuio in Francorum regno siti.

Confluens Mosæ, & Rheni fluminum in Sicambros, **Ghelrenses.** (nunc Ghelrenses) ad Menapios (nunc Iuliacenses) ut olim seipsi Menapij protendebāt, est lōge ab oceano frē octuaginta mille passūū, proximus Nouomagio, Ghebrēsū oppido, diocesis Traiectensis, Prouinciæ Coloniesis, inter Buseumducis, & Hoesdē oppida ducatus Brabantia, in quorum Sicambrorum sineis equitatus Vspetum, & Tenchtherorum post praelium, & fugam suorū se trans Rhenum recepit: inter quem Cōfluentē, & Coloniensem ciuitatem (quæ post Vbiorū fuit) ponte factō, Caesar primo traiecit exercitum.

Cantium in Anglia ad mare est in angulo imi, minorisq; lateris ex tribus eius insulae lateribus, contra Gallia, quō ferē omnes Galliae naues appellant: & ad orientem solem spectat. Ex omnibus autem Anglicis longe sunt humanissimi, qui Cantium incolunt: quæ regio est maritima omnis, neq; multum à gallica differunt cōsuetudine. Huic
maritimæ

INDEX

maritimæ regioni quatuor reges præerāt, quibus Cæsar, quicquid in annos singulos uestigialis Populo Romano Anglia pendcret, constituit. Nunc regnum Angliæ ex uoto Henrici regis uestigialis Romano Pōtifici facta est, quæstorq; à Ro. Pontifice in Angliam mittitur, qui censum annuum exigat, non dissentiente rege. In Cantio ciuitas est Metropolis nomen retinens, ferè habet omneis episcopos Angliæ sibi suffraganeos: eius archiepiscopus legatus natus est: similiter, & Eboracensis, cui in Anglia (quæ eas duas Metropoles solum habebat) duo tantum subsunt suffraganei, quod omnes olim episcopi Scotiæ, quæ nullum habet archiepiscopum, illi subijcerentur.

Ceuimagni, populi in Anglia, mari proximi, & Trinobātibus, Sēgotiacis, Ancalitiibus, Bibrogis, ac Casijs.

Casij populi Angliæ mari proximi, & Ceuimagnis. Trinobantibus, Sengoriacis, Ancalitiibus, & Bibrogis.

Centrones item Belgarū populi, qui sub imperio Neruiorum (nunc Tornacensium) erant proximi Grudijs, Leuacis, Pleumosijs, & Gordunis. Forte sunt nūc Goracenses in Flandria, Tornacensis diœcesis.

Cherusci Germaniæ populi Trāsrhenani, quos Bacenis sylua Germaniæ ingēs (nūc Nigra, ut plerisq; placet, dicta) à Sueuis pro natiuo muro diuidit: hos Tacitus refert proximos Hermōduris, Cattis, & Ligijs, Hūgarie pplis.

Camulodunum in Anglia oppidum, seu Colonia.

Caninefates populos Batavis finitimos, & eandē insulam colentes, qui origine, uirtute, lingua pares Batavis, numero superantur, Tacitus.

Cattos populos Germaniæ trans Rhenum flumen
m m 3 Ligijs

INDEX

Ligijs Hungariae populis, Cheruscis, Herciniæq; sylua proximos, ac Hermonduris, cum quibus pro flumine sinuimo, sale fecundo, pugnabant, & in aeternum discordabant: Corn. Tacitus.

Ciuaronem oppidum proximum Hisarae flumini, Vocontionibus populis, montiq; Cinsio, & Allobrogibus in Sabaudia. Placus inter epistolas familiaris Tullij, in illa, quae incipit, Nunquam mehercule. Quibus in locis opinio est Caesarem initio Gallici belli quinque legiones ex Italia traduxisse: & uerisimilius est, quam quod per Eporediam urbem episcopalem, & Augustam praetoriam, ac montem, cui Colontae iugum uulgo nomen est, inter Cinesium, & sancti Bernardi monteis iter fecerit, cum hoc impeditius, ac prolixius uideretur.

Canmanos Germaniae inferioris populos pridem Phrysiæ partem, oceanum mare, Rhenum fluuium, & lacus attingentem, paludibus, ac saltibus uberrima incolentes, quam mox Tubantes populi, post Vbij (Germanicae itidem gens) inhabitauit: Tacitus.

Ceracates Germaniae Transrhenanae populos Vangionibus, ac Tribotis proximos: Tacitus.

D

Diablinthres populi inter Celtas, Lexobijs, Nanetiabus, Ambiliatibus, Vnellis, Curiosolitibus, Venetis, & Segusijs proximi, ex maritimis ciuitatibus oceanum attingentibus, oppositi Angliae, in Prouincia Turonensi, & regno Francorum siti: Leondoul gallicè.

Danubius fluuius Germaniae, ex monte qui Iraneus dicitur, non longe à Rhetis alpibus, Athesisq; & Rheni Germaniae

INDEX

Germaniæ fluminum fontibus inter Tridentinam, & Curiensem diocesis oriens Germanos sinistra, & Hugaros, ac Theutones dextra alluēs: post Ister dictus, ac iterū Danubius, Euxino mari pluribus hostijs immergitur. Hunc autē, & Rhenum fluuiū in Rhetia oriri quidam tradunt.

Daci populi erant Transrhenani, Danubio fluuio, & Auaritis, syluæq; Herciniæ finitimi, quos olim Hungaria partem habitasse pleriq; tradunt, & post in maritima loca Noruegiæ proxima cecisse: Lucanus.

Durocoterum oppidum Rhemorum inter Belgas, in regno Francorum situm.

Duracij populi in finibus Pictonum, qui perpetuo in amicitiam remanserant Romanorum, propinqui oppido Lemo, Nauernis, & Ligeri fluuio, ac Aquitanis, inter Celtas, in regno Francorum siti, hic Durastorum familia inter Gallos præcipua.

Denodurum inter Belgas oppidum Metensis ciuitatis, quò ex Colonia urbe Rhenum attingente ad eā ciuitatem iter est: Tacitus: forte Theonis uilla nunc dicta.

E

Eburones populi inter Belgas, gēte nomine, & numero Germani appellati, Condrusis, Menapijs, Aduaticis, Treueris, quorum clientes erant, & syluæ Arduennæ finitimi, nunc Leodiēses dicti, apud Gallos Liege. Horū maxima pars inter Rhenū, & Mosam, qui scilicet Mosam fluuius eos alluit: his Sicambri (qui Ghelrenses erant, Transrhenani) sunt proximi. Ciuitas tunc Eburonum ignobilis, atq; humilis, proximi oceano, & syluis, continentēsq; paludes habebant. His duo reges præerant,

nam 4

quo

INDEX

quo magis cōstat eos fineis quā latissimos extitisse: quibus cōiectura est, ducatū Luxenburgensem, & Lotoringensem, ac Iuliacēsis partē, & comitatū Namurcensem, urbemq; Aquisgranum, ubi Imperatores primā ex more suscipiūt coronā, inclusos extitisse, ac quantum dioecesis ipsa Leodiensis usquequaq; se extēdit, reges illos possēdisse. Apud Eburones aut stirpē Caroli magni in uico Lupilia nomine, Leodiensi ciuitati proximo, ortum habuisse tradūt, Pipinosq; & Carlomanos, Belgas, simulq; Germanos fuisse, sicq; in Germanos Cīsrhenanos (qui Belge sunt) à Græcis, nō in Transrhenanos est translātū impetrū. Ciuitas nūc est episcopalis, Prouinciæ Coloniēsis: Hos memorat Lucanus, in primo & Suetonius in uita Iulij Caesaris, quē refert cladē Cottæ, & Aurūculei egerime tulisse. Hāc ciuitatē Carolus dux Burgūdiæ ultimus solo æquauit, omneisq; puberes, & sacerdotes interfecit, quod episcopo consanguineo suo infestiores aliquātō fuissent.

Eburonices inter Celtas populi, Aulertijs, Lexouijs, Vnellis, & Curiosolitīs proximi, ex maritimis ciuitatibus oceanū attingentibus, hos opinio est populos esse ciuitatis Ebroicorū, quæ est episcopalis, in Prouinciā Rhotomagensi, ducatu Normaniæ, & Francorū regno sita.

Essui populi pacatissimi, & quietissimi, proximi ciuitatibus, quæ Armoricæ appellantur, remoti à Belgis ultra centum millia passuum. Hos inter Celtas fuisse cōiectura est, forte in Normannia, aut Britānia citeriore, & regno Francorum siti: Galli Rctolois appellant.

Elauer fluius inter Celtas, apud Aruernos, Gergoniam oppidum in altissimo monte positum prætersuens, qui

Caroli Magni
stirps.

Pipini Germani.

Leodiensiu clades a duce Burgundiar.

INDEX

quis frè ante Autumnum uado transiri non solet, in regno Francorum situs, nomen adhuc retinens, Gallicè Allier.

F

Flustates populi in Aquitania, proximi Vocatijs, Tarusatijs, Sontiatibus, Garumnis, & Hispania ceteriori in regno Francorum siti. Comitatus est in Vasconia consistens, ad comitem de Fuxo pertinens, nomen retinet etiam nunc.

Frisios oceano, & Batavis finitimos, pluraq; loca, & insulas circa Holandiam, Gbelriam, Brabantiam, & Traiectensem urbem, ac Ostia, quibus Rhenus oceanum mare influit habitanteis. Tacitus refert eos transrhenanam gentem tunc fuisse.

G

Genæa oppidum Allobrogum proximum Heluetiorum finibus, ex quo pons super Rhodanum fluvium situs ad Heluetios pertinebat, ubi à lacu Lemano (quem Lausane dicunt) Rhodanus ad Ligusticum mare profluit, finitimum Antuatibus, & à Gallia Prouincia Rhomanorum non longe distans: nunc duci Sabaudia, siue eius ciuitatis Antistiti proprio comitatus nomine subest: extra Celtas, Belgas, & Aquitanos: ciuitas est episcopalis in Prouincia Vienensi, nomen præsertim gallicè retinens: Lucas in primo.

Garocelli populi citra Rhodanum, finitimi Caturibus ultra Alpes Graias, quibus hodie nomen est mons Cincus, siue Cinerum: hac Hannibal, autore Liuius, non sine ingenti difficultate exercitum in Italiam traduxit: hi

m m s non

INDEX

non longe à Ceutronibus) qui Tarentasij sunt) nec ab Hisara flu. extra Celtas, Belgas, & Aquitanos in Sabaudia constituti.

Gaballi populi inter Celtas, proximi Heluijs, & Cadurcis, Velaunijs, & Aruernis, quorum sub imperia esse consueuerant: ciuitas est episcopalis Prouinciæ Bituricensis olim, nunc Arelatensis, in regno Francorum sita, nomen retinens.

Genabis inter Celtas Carnutum oppidum, quod pons Ligeris fluminis continebat, proximum Vellaunoduno, & Agendico, oppidis Senonum ac Auarico, & Nouioduno, oppidis Biturigum, in regno Francorum situm.

Gergobina inter Celtas Boiorum oppidum, quos Heluetico prælio uictor Caesar ibi collocauerat, Heduisq; attribuerat, ut supra descripsimus, in finibus Heduorum, proximum Auarico, & Nouioduno Biturigum oppidis, in regno Francorum situm.

Gergouia in Celtis inter Aruernos oppidum secundum flumen Elauer in altissimo monte positum: forte nunc Claromontensis ciuitas episcopalis in Prouincia Bituricensi, & Francorum regno sita.

Garites populi in Aquitania, proximi Auscis, Garumnis, Vocatijs, Tarusatijs, Sonciatibus, & Hispaniæ citeriori, quos coniectura est fuisse Lacorites, nunc Lectorenses: ciuitas est episcopalis in Prouincia Auscatana, & in Vasconia, ac Francorum regno sita.

Garumni populi in Aquitania, proximi Auscis, Vocatijs, Tarusatijs, Sonciatibus, & Hispaniæ citeriori, in regno Francorum siti.

Ger

Claromontensis ciuitas.

Lectorenses.

INDEX

Germania, ut plerisque placet, inter Danubium, & Rhenum flumina protenditur, omnesque illic habitantes populos a fontibus eorum usque ad maria, quae ambo influunt, complectitur: nec non & eos, qui citiores Rheni ripas attingunt, Eburones, Condrusos, Treuiros, Aquisgranum urbem, & plerisque Belgas ortos a Germanis cis Rhenum flumen antiquitus in Galliam traductos superior Germaniae pars (quae alia dicitur) ab Alpibus Italiae imminetibus, usque ad Maguntinam urbem Rheni fluminis citerioribus ripis adiacentem protenditur: inferior ab inde usque in mare oceanum. Horum ciuitates pro gloria habebant finitimos longissime expellere.

Galli omnes in septentrionibus sunt positi, Carnutum autem fines regio totius Galliae media. Galli uirtute belli omnibus praeferebantur, ac Germanos superabant, ut ultro eis bella inferrent, & propter hominum multitudinem, agrisque inopia Transrhenum Colonias mitterent, & quod a Dite patre se prognatos praedicabant spatia totius temporis non numero dierum, sed noctium finiendo, ita ut nocteis dies subsequatur. Coniectura est horarum initium apud eos media nocte incipere consueuisse. Apud hos sunt tres praecipuae ciuitates, Treuerensis, scilicet Colonienensis, et Maguntina, quae in imperatoris electione principatum obtinent. Constitutas autem apud Gallos eas coniectura est, ut Christi forte fide facilius introducerent apud Germanos eorum finitimos.

Grudij populi inter Belgas, sub imperio Neruiorum, proximi Centronibus, Pleumosijs, & Gordunis, Galli. Louanium. Lauanois.

Gorduni populi inter Belgas, sub imperio Neruiorum, proximi Cetröibus, Pleumosijs, et Grudijs, Gatois gallice.

Garumna

INDEX

Garumna flumen Celtas ab Aquitanis diuidit, qui scilicet Aquitani consistunt inter illud flumen, montesq; Pyrenaeos, ex quibus oritur, & mare oceanum insluit, quod Aquitanicum appellatur: Lucanus.

Geldubam Germaniae locum propè Rhenum, Maguntinam, & Coloniam urbeis Metropolitanas: Tacitus.

Gugernos Germaniae populos propè Rhenū flumē, & Geldubā Batavis proximos: Tacitus: sunt qui Cugernos malint.

Grunes inter Coloniensem, Traiectensem urbeis locū ultra Nouesium oppidum Rheno adiacentem: Tacitus: **Cliuis.** qui, ut coniectura assequi possumus, Cliuis est, unde Cliuensis ducatus dicitur, cui satis uocabulū alludit: hinc mater Ludouici xii. Francorum regis Maria nomine.

H

Hedui populi finitimi sunt Aruernis, Biturigibus, Sequanis, ac Sebusianis, inter Celtas: hi adhuc nomen priscū latine retinēt, inter Burgundos nunc nominati, nec citra **Sagona.** Ararim flumen (quin nunc Sagona appellatur) aliquos habent fineis, nec hodie sunt Sebusianis finitimi. In ducatu Burgundiae, & Francorum regno siti. Ciuitas horum Heduorum episcopalis est in Prouincia Lugdunensi.

Heluetij inter Celtas populi sunt bonitatem agrihabētes, finitimi Constantiensi, Basiliensi, Sedunensi, ac Gebenensi, & Bisuntinae diocesibus, ac ultra Latusanensem agrum protensi sunt, atque ex maxima parte Bisuntinae Prouinciae sunt, atque ad Sabaudiae ducatum extendebantur. Quorum fines erant in longitudine ab ortu Rhodani inter Curicensem, & Sedunensem dioceses, mon

INDEX

montesq; Brigam, & Sancti Bernardi, usque ferè in Bel
licensem diocesim, cuius populi, ut coniectura est, olim
Sebusiani sunt dicti. In latitudine autem à monte Iura cir
ca Basiliensem, & Constantiensem agros, usque ad ortum
fluminis Rhodani, quæ latitudo ab inde usque in finem la
cus Lemani, ubi pons est, ciuitas Gebennæ angustior fie
bat. Quibus limitibus adhuc duodecim Heluetiorum pa
gi, quæ admodum tempore Cæsaris, consistunt. Berna ca
put nunc gentis, Suricum, Lucerna, Turegium, qui olim
Tigurinus dicebatur: qui sæpe ultra Rhenum transeun
tes bella cum Bauaris, Sueuis, & alijs Transrhenanis fini
timis (quos altos Alamanos nominamus, seu cum his, qui
tunc loca illa incolebant, quæ loca, nunc Costantiensis, Cu
riensis, Tridentinæ, & finitimarum sunt diocesum) ge
rebant: hos, cum per Galliam Prouinciam Romanorum
transire prohibiti essent à Cæsare, angusto, & difficili iti
nere, uix quæ singuli carri ducerent, per loca, ubi clauæ,
& Iougni castella nunc sunt, in extremis Sabaudie &
Burgundie finibus, in Sequanos, qui nunc comitatum
Burgundie habitant, penetrasse creditur, & ad Ararim
fluum circa Surregium, & Viredunum castella id flu
men attingentia, ac in Heduos, ubi nunc ducatus est Bur
gundie contendisse. Hi à plerisque Suitenses, à nonnullis
Fœderati dicuntur: agrosq; & uicos possident in Italia
citra montem, qui sancti Gottardi dicitur, in diocesi Me
diolanensi. Contra hos Cæsar suo, ac suorum equis amo
tis, se prælium commississe refert, & cum sex legionibus,
equitatuq; & auxiliarijs copijs duobus prælijs uno ad
Ararim flu. altero in Heduis, Heluetios, quorū

Suitenses.
Fœderati.

CC LX =
III. mil

INDEX

III. millia ferre arma poterant, fuisse: & tamen anticipati prelio pugnatum diu, atque acriter, ut toto prelio, cum ab hora dici septima, usque ad uesperam pugnaretur, auctum hostem nemo uidere potuerit. Hi cum sepe in Italia erumperent, à Carmaniola duce Philippi Mediolanensis principis prelio uicti, intra finis se suos postea continere nostra demum ætate à Carolo octauo Francorum Rege in terra Italia cogniti, magnum sibi nomen compararunt, ut nullus peditatus melior esse censeatur. Quod superiore anno xxx. eorum. millibus à Venetis euocatis, id, quod nunquam ante acciderat, fugatis ex Italia Gallis, multo magis comprobatum est. Atque hoc anno fugatis eisdem ad Nouariâ per insidias castra nocte aggressi, magnum sibi nomen compararunt.

Harudes populi Transrhenani sunt, in Galliâ Celtica circa finis Sequanorum, ac Heduarum ab Ariouisto Germanorum Rege transportati.

Helueteri populi inter Celtas proximi Cadurcis, Gaballis, Velaunis, & Aruernis, quorum sub imperio esse consueuerat, in Prouincia Bituricensi, & regno Francorum sit.

Heluij populi inter Celtas, Aruernorum finis continent, hos mons Gebenna ab Aruernis diuidit, proximi sunt Gaballis, Rhutenis, Cadurcis, Volcis, & Aremicis, ac Gallie Prouinciæ Romanorum. Ciuitas est episcopalis in Prouincia Bituricensi, & Regno Francorum sit, nunc Albienſes dicti. Hinc M. Tullij Ciceronis matrem ortam esse Eusebius, & alij tradunt.

Hercinia Germaniæ Transrhenana sylvæ est, forte ab Hercino mote Germaniæ dicta, latissima, ac supra omnes alias

Albienſes.

alias

INDEX

alias longissima. Oritur ab Heluetiorum, & Nemetum, Tauriacorum finibus, rectaq; fluminis Danubij regioni- bus pertinet ad fines Auarum, & Dacoru, quos pleriq; putant Hūgarie partem habitasse, hinc constat Nemetes, qui Spirenses uocantur, & Heluetios trans Rhenum fi- nes tempore Cæsaris habuisse, quæ sylua multo longior, atq; latior est, quàm Italia, uel Gallia tota.

Hermonduros Transrhenanos Germanie populos Ii- gijs Hungarie populis, Cattsq; Cheruscis, ac syluæ Her- cinie, & ultra illam proximos: Tacitus.

I

Ibernia insula est ad Hispaniam, occidentemq; solē si- ta, quæ medium Angliæ latus uergit, dimidio minor existi- matur, quàm Anglia. Sed pari spatio trāsmisissis xxx. mil- libus passuum in Iberniam appelles, ut in Britāniam. In hac sunt plures Metropoles, & ciuitates episcopales, quàm in Anglia. Eam quidam nominant Irlandam.

Ioscedum inter Celtas oppidum, fluminis Sequanæ ri- pas attingens citeriores, supra Meledonum oppidum ei finitimum, & Lutetia (quæ Parisij dicitur) proximum, non longe à Senonibus in Francorum regno situm.

Iccius portus inter Belgas, Morinis, oceanoq; mari fi- nitimus est, Ambianis, & Atrebatibus proximus, à cōti- nēti Britāniæ (quam Angliā dicimus) xxx. millibus pas- suum distans, & traiectui cōmodissimus, cui ad dextram zelandia insula Holādia, & Flandria, ad sinistram autem comitatus, qui dicitur portus Picardie pars, & Norman- die ducatus, ex opposito uero Anglia cōsistunt. Oppidū est illic populorum, quibus Caletæ nomen est. Id adiecto

Caletæ.

Iccij

INDEX

Iceij portus nomine, ut quibusdam placet, Caletium nuncupatur. Normanniæ est diocesis, in regno Francorum, & potestate Anglorum Regis situm: Lucanus.

Iura mons Sequanos ab Heluetijs diuidit, incipiens in finibus Basiliensium, ac Constantiensium protensus fore in Sebastianos, nunc Bellicenses, Prouinciæ Bisuntinae, quæ Sequanorum fines in Rhodanum perueniunt, illac enim Cæsarem ex Allobrogibus in Heduos ad Ararim contra Heluetios legiones traduxisse opinio est, ciuitates namque oppida, & uici, sicut olim continebantur nominibus populorum, ita, ut plurimum eisdem in locis remanserunt de illorum diocesibus Prouincijs, Tribubus, ac regionibus.

Icenos in Anglia populos ab Ostorio Rom. duce subactos, Tacitus, qui forte Icei portus accolæ fuerat, refert.

L

Latobrigi finitimi Heluetiorum sunt, inter Celtas, non longe ab Allobrogibus, quos Lausanenses fuisse cõiectura est. Ciuitas est episcopalis, Prouinciæ Bisuntinae, in ducatu Sabaudia sita, ac eius proprio antistiti subdita.

Lingones inter Celtas populi, finitimi Heduis, Sequanis, ac Tullensibus (qui dicebantur Leuci) nomen retinent. Ciuitas est episcopalis in prouincia Lugdunensi, ac Francorum regno sita. Langres ab indigenis.

Leuci populi finitimi Lingonibus, & Sequanis (qui Burgundi sunt) ac Mediomatricibus (qui Metenses hodie dicuntur) Belgis attribuuntur, & Treuerensi Prouinciæ: hodie Tullenses dicti, ciuitas est episcopalis in Lothoringi regione: Lucanus.

Lemouices ite populi inter Celtas, ex ciuitatibus oceanum

num

I N D E X

num attingentibus, quæ Armorica appellantur, proximi Vnellis, Venetis, Rhedonibus, Andegauensibus, Cenomannis, Lexouijs, in Prouincia Turonensi, regnoq; Francorum siti. Limosins gallicè.

Lutetia inter Celtas est, prouinciæ Senonensi adscribitur, oppidum erat Parisiorum, positum in insula fluminis Sequanæ, quod perpetua palus influit, proximū Bellouacis Agendici oppido, ac Senomibus, & Melioduno oppido finitimum: nūc urbem Parisiensem esse dicunt. Ciuitas est episcopalis in Francorum regio sita, in quam Cæsar se concilium transtulisse, & patrum suorum memoria à Parisijs populis constructam esse scribit.

Lexouij populi inter Celtas sunt proximi Osifsinis, Nanetibus, Ambiliatibus, Diablintribus, & Aulercis, ex ciuitatibus oceanum attingentibus: hos quidam oppinantur esse accolæ ciuitatis Lixouiensis, quæ est episcopalis in Prouincia Rhotomagensi, ducatu Normanniæ, & Francorum regno sita: Galli Lificux.

Lemanus lacus inter Celtas, quem Rhodanus influit, Galliamq; Prouinciæ Romanorū ab Heluetijs diuidit, qui hodie Lausanæ lacus dicitur, quæ Rhodanus ad pontem Gebennæ urbis effluit: Lucanus.

Lacus Lausanæ.

Lepontij populi sunt Germaniæ, qui alpes incolunt, inter Sedunensem, & Curicensem diceceses: hos quibusdam placet fuisse Sarmatas, apud quos Rhenus flu. oritur, forte hodie Sutenfes dicti inter fontem Rhodani fluuij & Rhetias alpes siti.

Sarmatæ. Sutenfes.

Leuaci inter Belgas sub imperio Neruiorum populi, proximi Grudijs, Pleumosijs, Gordunis, & Cêtronibus.

n n Ligeris

I N D E X

Ligeris flumen non longe ab Heduarum finibus, in Catis oriens, eos à Biturigibus diuidit in Carnutes diu per Celtas lapsus, multisq; obliquis gyris, Aquitaniam deluens, oceanū mare, quod Britanicum dicimus, influit. Dignum memoria refertur à Philippo, qui secundus hoc nomine regnauit apud Gallos, uadum primum inuentum, cum antea nunquam uado transiri potuisset.

Londinum oppidū in Anglia insigne, copia negotiorū, et mercatuū maxime celebre: Tacitus. Ciuitas est episcopalis, in qua Angliæ reges, principes, Senatus, populi, et mercatores cōtinētur, in Prouincia Cantuariēsi sita.

Ligios populos in Hungaria, Tacitus proximos Hermonduris, et Cattis.

Lucum municipium Vocuntiorum propè Caturiges, Garocellos, Ceutrones, et Allobroges: Tacitus.

Lugdunum urbem ad Rhodani ripas, et Viennæ finitimam Seneca in epistola ad Lucilium refert, eam regionem fatali igne suo tempore exustam, quam inter Celtas adscribere quibusdam placet, quoniam omnes eius suffraganei, et pars urbis, ecclesiāq; ipsa matrix in Celtis sunt. Hinc Plotius, qui primus Romæ rhetoricam docuit latinam, ortus est: à quo Romæ se puerum cum Q. fratre latinè primum doctum esse Cicero refert. Oppidum hoc Munatius Plancus condidit, sed annis post centum incensum Romani restituere.

Longobardos Cheruscis, Cattis, Caucisq; propinquos inferioris Germaniæ populos Tacitus refert: quos non Vestfali. nulli Vestfalos fuisse opinantur, non longe à Caninefibus, ac Phrysijs. Quidam uero eos Pannonēs fuisse tradunt.

I N D E X

dunt. Hi sunt, qui, cum Italiam fermè omnem occupassent per ducentos, & quatuor annos, tandem à Gallis rege Carolo pulsati sunt, ita tamen ut Cisalpinae Galliae nomen ab his ad nostra tempora peruenerit.

M

Matrona fluuius est, Celtas à Belgis definiens, in finibus Lingonum, & propè Tullensem agrum, nec lōge à fonte Mosæ fluminis oritur, Catalaunum ciuitatem episcopalem in Campania Franciæ interfluens, per Francorum regnum prorsus labens, parum supra Parisiensem urbem Sequanæ fluuiio miscetur.

Matifcon inter Celtas oppidum, tunc in Heduarū finibus ad Ararim flumen, qui Sagona nūc dicitur, inter Lugdunensem, & Cabilonensem urbeis. Ciuitas est nūc episcopalis, Prouinciæ Lugdunensis, nomē retinens, in comitatu Matifconensi, & Francorum regno sita.

Mandubij populi erāt inter Celtas Incole oppidi, cui nomen Alexia, inter fineis Lingonum, & Heduarum, proximi uico, quem Flauigneum dicimus. Nunc in ducatu Burgundiæ, regioneq; Alsetum ab Alestia, ut quibusdā placet, dicitur, quibus uocabulum alludit, in diocesi Heduenfi, & regno Francorum siti.

Magetobia locus in Celtis, in quo Ariouistus Germanorum rex copias Gallorum prælio uicit, non longe à paludibus, quem Rheno flumini proximum, & circa ipsum fuisse coniectura est: Galli Toaut.

Marcomanni populi Germani sunt, qui cum Ariouisto Germanorum Rege à Cæsare sunt prælio superati, quos coniectura est fuisse Transrhenanos. Sic &

nn 2 Harud

I N D E X

Harudes, & Ariouistus ipse Germani fuerunt, cuius fr̃e omneis reliquas copias cis Rhenum incoluisse uidemus, ut sunt Tribotes, (hodie Argentinenses) & Nemetes (nunc Spirenses) ac Vangiones (qui Vormacienses appellatur) ac Sedusij, quos forte Sedunos prop̃e monteis Brigam, & Sancti Bernardi opinari possumus: Nisi quis forte Marcomannos conijciat eos esse, qui uallem Heluetijs finitimam incolunt, cui nomen est Marecommanna, Sequañis, & monti Iura proximam: cū his Marcus Antonius cognomento philosophus periculosissimū, & diuturnū bellum gessit. Tandem Christianorū precibus, qui pluuiam à superis impetrarunt, cum exercitus Romanus siti laboraret, uicti, & in deditionem accepti.

Morini populi sunt inter Belgas, Atrebatibus, Ambianis, Neruijs, oceanicq; Mari finitimi, à quibus breuissimus in Britāniam, nunc Angliam est traiectus: continetis syluas, & paludes habebant: eorum finibus comprehenditur comitatus, cui nomen est Pontus, ad abatiā sancti Bertini, directo iure pertinens ueteri nomine Ponti, quo regio illa à plerisq; describitur, ciuitas est episcopalis, quæ latine nomē retinet, gallice uero Terauana nuncupatur. In prouincia Rhemensi, & regno Francorū sita,

Menapij populi Gallie inter Belgas, Treueris, Condrusis, Arduennæ syluæ, Rhenoq; finitimi, densissimas syluas, perpetuasq; paludes, ad utranq; Rheni ripam agros, ædificia, uicosq; habebant: proximi vbijs, Eburonibus, & Sicambrijs (qui hodie Ghelrenses sunt) hi scilicet Sicambri, & ad confluentem Mosæ, Rheniq; oceanum etiam mare attingunt: nunc Iuliacensis ducatus est, Coloniensis

Pontus, comitatus.

Terauana,

Iuliacensis ducatus.

I N D E X

nienſis dioceſis. Anguſtior ſatis, ut uidetur, ac ſubdu-
tior, quam pridem Menapiorum fines eſſent.

Meledunum inter Celtas oppidum, in inſula fluminis
Sequānæ poſitum, Agendici oppido, Senonibusq; proxi-
mum, ac Lutetiæ (quæ hodie ciuitas Pariſienſis eſt) Et
Iofedo ad ripas Sequānæ poſito finitimum: olim ciuitas
epiſcopalis erat, nunc etiam oppidum eſt in Francorum
regno, nomen retinet, Gallicè, Melun.

Mosa flumen proſluit ex monte Vogefo, qui eſt in fi-
nibus Lingonum, in Francorum regno, non longe ab or-
tu Matronæ, & Araris fluuiorum, & parte quadam cir-
ca Nouimagium, ducatus Ghelriæ oppidū, longe ab ocea-
no ſerè octoginta millia paſſuum, ex Rheno recepta, quæ
appellatur Vallis, inſulamq; efficit Batauorum (qui ho-
die Holandini dicuntur) oceanum inſluit, ſicq; in Celtis
oriens immergitur Belgis.

Mediomatrices populi inter Belgas, finitimi Treue-
ris, Tullenſibus, & Tribotis (hodie Argentinenſibus.)
Hos Metenſes eſſe conſtat: ciuitas eſt epiſcopalis, Provin-
ciæ Treuerenſis. Metenſes.

Mona inſula eſt ſic nominata, in medio curſu inter An-
gliam, & Hyberniam: ſerè ab utraq; quindecim millia
paſſuum diſtans, ad occidentem uergens: circa quæ loca
etiam cōplures minores ſubiectæ inſulæ eſſe exiſtimātur,
ubi multo breuiores ſunt noctes, quàm in cōtinenti, ſicut
etiam quanto magis ad occidentem uergimus breuiores
æſtate noctes, & hyeme longiores manifeſte uidemus.

Monam inſulam in Rheno fluuio Holandiæ, Phryſiæ
ac Ghelriæ proximam, unde forte dicti ſunt Monaſterien Monaſterienſes.

I N D E X

ses. Tacitus.

Marsiaci Germaniæ populi Battavis, Caninefatis,
Tungribusq; proximi, & , ut coniectura est, Cisirhenani,
Tacitus.

Maguntiacus inter Belgas, Germaniæ ciuitas Metropo-
lis, quæ nunc Maguntina dicitur, citeriores Rheni ripas
attingens, à Tacito relata, qui etiam molem à Druso ad
remorandum Rhenum flu. factam refert, & à Paulino
Pompeio Romanorum legionum in Germania duce sub
Nerone imperatore perfectam.

Mosellam flu. qui circa fines Lingonum in Celtis o-
riens, Metensem, ac Treuerensem urbes præterfuit, &
confluentiam Germaniæ Cisirhenanæ oppidum interse-
cat, illicq; Rhenum influit. Tacitus est author, referens
Lucium Verum, Nerone imperante, Romanarum legio-
num in Germania legatum, Mosellam, atque Araram flu-
mina, facta inter utrunq; fossa, parasse connectere, ut co-
piæ per mare, dehinc Rhodano, & Arare subuecta per
eam fossam, mox flumine Mosella in Rhenū, & in occi-
dum decurrerent, sublatisq; itineris difficultatibus nau-
gabilia inter se occidentis, septentrionisq; littora fieret:
cui operi Seliū Gracilem Belgicæ legatum inuidisse di-
cit deterrendo Verum, ne legiones alienæ Prouinciæ
adsuesceret studia Galliarum affectare, formidolosum
id imperatori dictitans, quo plerunque prohiberentur co-
natus honesti.

Marco durum Vbiorū vicus, procul à Rheni fluminis
ripa, & , ut coniectura est, transrhenanus: Tacitus.

Mæsi

I N D E X

Mæſij trans Danubium flumen populi Pannomibus finitimi: Tacitus.

N

Nemetocerna in Belgio, ubi interdum hyemauit Cæſar, inter Belgas, dicta forte à Nemetibus, nunc Spirensibus.

Narbona Gallie ciuitas, Prouinciæ Romanorum finitima, Tolofatibus, & non longe à Sanciatibus populis in Aquitania: ciuitas eſt Metropolica, nomē retinens: in hac cum C. Cæſar dictator colonos ex Martia legione milites deduxiſſet, Martius Narbo poſtea dictus.

Nemetes populi Germani, inter Belgas numerantur, finitimi Metenſibus, Argentinenſibus, Vormaciensibus, & Rheno flumini, ſerē omnes Germanica lingua utentes: ciuitas eſt episcopalis, Prouinciæ Maguntinæ, Halſatiae adſcribitur, nunc Spirensis dicta eſt, & alia Halſatia Spirensis.
Halſatia. Alſetum. Halſatia autem, in qua Spira, & Argentina ciuitates conſiſtunt, ut quidam opinantur, nomē indidit regioni illi ducatus Bur-
gundiae, in qua Alſetum regio eſt, ſita: neque id nomen ab Alexia olim oppido dictum putant, quaſi Ariouiſtus Germanorum Rex, qui Halſatiae præerat, id ei nomen impoſuerit.

Nitiobriges populi inter Celtas, proximi Rhutenis, & Gaballis, ac Narbonenſibus, Galliaq; Prouinciæ Romanorum in Bituricenſi Prouincia, & Fræcorum regno ſiti. Montpelier hodie à Gallis dictum.

Montpelier.

Neruij populi inter Belgas maxime feri, Atrebatibus, Ambianis, Aduaticis, Morinis, Vellocaſibus, Viro-
mandis,

I N D E X

Tornacenses. manduis, ac Treueris finitimi. A' Bellouacis longe ab-
sunt, quos Sabis, & Scalde flumina irrigant: nunc Tor-
nacenses dicti: ciuitas est episcopalis in Prouincia Rhe-
mensi, & limitibus Francorum regni sita.

Norimberga. Noricus ager trans Rhenum, non longe à Danubio,
& Athesi Germaniæ fluminibus, intra Tridentinam ac
Constantiensem, & Curientem diœceses. Satis proximus
Bauaris, ac Sueuis, qui Vallis Norica appellatur, in quem
Boij oppugnata Norica, transferant. Inde Tacitus affir-
mat, quòd Noricos, Rhetosq; Rhenus fluuius interfuit,
quibus Rhetis Lepontij fuere proximi: Norimberga nunc
à Germanis.

Nouiodunum iuter Belgas oppidum, finitimū Suefio-
nibus, & Viromanduis, proximum Parisijs: nunc ciuitas
episcopalis, nomen retinens, in Prouincia Rhemensi, &
Francorum regno sita: Gallicè Noyon.

Nouiodunum item Celtarū oppidū, ultra Ligerim flu-
in finibus Biturigum, proximū Auarico, Biturigū oppi-
do, ac Genabi Carnutum oppido, & Velaunoduno, &
Agendico Senonum oppidis, in regno Francorū situm.

Nouiodunum item inter Celtas Heduarū oppidū, ad
ripas Ligeris flu. proximū Bibracte oppido Heduarum
in eorum finibus, & Francorum regno situm.

Nanetes populi inter Celtas, Osifinis, Lexobijs, Am-
biliatibus, Diablintribusq; proximi, ex maritimis ciuitati-
bus oceanum attingentibus, oppositi Angliæ: ciuitas est
episcopalis in Prouincia Turonensi, ac Britānia ceterio-
re Britonante, & Regno Francorum sita, nomē retinēs,
& comitatus titulum habens, qui semper ducis Britāniæ
primog

I N D E X

primogenito adscribitur. Nantes hodie Britāni.

Nantuates populi Germaniæ, citra Rhenum flu. per quorum fines longo spatio, quasi ab eius ortu Rhenus ipse citatus fertur, proximi Heluetijs, ac Sequānis, hos Constantienses nunc esse satis constat: ciuitas est episco= Constantienses palis Maguntinæ Prouinciæ.

Nouesium oppidum Germaniæ (nūc Nussia dictum) Nussia. Coloniaensis diocesis, Rheno flumi. & Cliuensi ducatu proximum citeriores Rheni ripas attingens: Tacitus.

Nabalia flumen trans Rhenum, Ghelrensem, & Phrysum agrum alluens: Tacitus.

O

Ostodorus uicus Veragrorum, hodie dicitur sancti Mauritij, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, in Sabaudia, inter Sedunos, Antuates, & Allobrogas in ualle, nō magna adiecta planicie, altissimis montibus undiq; continentur, in duas partes Rodano flu. diuisus, diocesis Sedunensis.

Osissini populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus oceanum attingentibus, proximi Lexobijs, Vnellis, Nantibus, Venetis, Ambiliatibus, Diablitibus, Curiosolitibus, Sessuijs, Aulercis, Rhedonibus, inter ciuitates Arnicas nominatur, in Prouincia Turonensi, regnoq; Francorum siti: horum litora Britanico sunt mari aduersa, ut refert Pomponius Mella.

Ocellum est citerioris Prouinciæ extremum, à quo per alpeis in ulteriorem Galliam, Centronesq; (nunc Tarentasios) ac Garocellos, Caturiges, Vocutios, & Allobrogas transitus est. Auillanæ, & Secluse uicis proximum:

n n s nunc,

I N D E X

**Novelenſium .
Secluſa.**

nunc, ut coniectura eſt, Novelenſium nuncupatur. Secluſa autem, ut nonnullis placet, dicitur quaſi citeriore Galliam ab ulteriori ſecludens, dioceſis eſt Taurinenſis. Tres enim legiones in Aquileia hyemantes poterat Caesar per Rheticas uel Lepōtias Alpeis breuius ultra montes, & in agrum Heluetiorum eundo Tridentum traducere, ſed intendens in ulteriorem Galliam ad comprimendum Heluetiorum agmen iam in agro Heduarum conſtistentium proficiſci, ut opinio eſt, in agrū Cremonae paulo ante edificatæ, dehinc Placentiam, ac Taurinum peruenit, qua proximū iter in ulteriorem Galliam erat per alpeis legiones traducturus.

Ordolucæ populi in Anglia, arduis mōtibz proximi, apud quos Hoſtorius dux Romanus Caratacum in Anglia imperantem proſtrauit: Tacitus.

P

Pemani populi inter Belgas, nomine, & numero Germani appellati, Eburonibus, Condrufis, Cheruſcis proximi: hos cōiectura eſt fuiſſe inter populos dioceſis Leodiēſis.

Parisij populi inter Celtas, qui Senonenſi Prouincia attribuitur, Senonibus, Bellouacis, & Agendico oppido proximi, ac Meloduno oppido finitimi, Lutetiam habent oppidum, quam nunc Pariſiēſem, episcopalem urbem inhabitant, poſitam in Inſula fluminis Sequanæ, quod perpetua palus inſluebat, in regno Francorum ſiti.

Piſtones populi inter Aquitanos Sanctonibus, Tolofatibus, Engoliſinenſibus, & Petragorijz proximi, eorū ciuitas eſt episcopalis, in Prouincia Burdegaleſi, regnoq; Francorū ſita, nomen retinens, comitatuz titulo inſigniti.

Non

I N D E X

Non longe ab his Philippus Vallesius Gallorum Rex ab Edoardo Britaniæ rege memorabili pugna uictus est. Poitiers Gallorum lingua.

Pretiani populi in Aquitania, proximi Bigeronibus, Vocatijs, Tarusatijs, & Hispaniæ citeriori, in regno Francorum siti.

Pleunosij populi inter Belgas, sub imperio Neruiorū, proximi Gordunis, Leuacis, Grudijs, ac Centronibus, in dicepsi Tornacensi siti. Flamingi uulgo.

Petragorij populi in Aquitania, proximi Pictauis, ac Sanctombus. Eorum ciuitas est episcopalis, nomen retinens, in Prouincia Burdegalensi, & Fræcorū regno siti.

Prouincia Gallia Romanorum, finitima erat Rhodano flumini, qui eam à Celtis diuidebat, ac mari Ligustico, & Alpibus, quas maritimas dicimus, & Allobrogibus, quibus limitibus etiam Delphinatus pars, ac prouinciæ, seu Metropoles Ebreduensis, Tolosana, & Narbonensis, pro parte includebantur, licet Viennam urbem Strabo Allobrogibus adscribat.

Pyrenæi montes altissimi, maximiq; diuidunt ulteriorem Hispaniam ab omni Gallia.

Primigenos in Anglia populos Antonæ, & Sabrinæ flui. propinquos, socios aliqui Romanorū, Tacitus refert.

Pannonæ trans Danubium flui. populos, quos Hungari dicimus, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

R

Rauraci populi finitimi erant Heluetiorum, inter Celtas, proximi Rheno flumini, in Prouincia Bisuntina, quos esse Basilienses coniectura est, quia per Heluetiorum,

I N D E X

rum, & Sequanorum fines Rhenus profluit, & ipsis Sequanis adscribuntur: ciuitas est episcopalis, quam Rhenus ipse interfecat.

Rutheni populi Prouinciales, non longe ab Aruernis, & Sanctonibus, Narbona, ac Tolosa, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos: eorum ciuitas est episcopalis, nomen latine retinens, in prouincia Bituricensi sita. Hi comiti Armeniaci subijciuntur, & Rhodes dicti.

Rhemi inter Belgas, proximi Celtis: fratres, & cōsanguinei, proximique Sueftionibus, cum quibus eodem iure, & hisdem legibus utebantur, unum imperium, unumque magistratū cum eis habentes: finitimi quoque Viromanduis, Treueris, Metensibus, Catalaunensi, & Laudunensi diocēsis, ac syluæ Arduennæ: ciuitas est Metropolis, cuius omnes suffraganei sunt in Belgica, nomen retinens, in qua Francorum Rex ungitur, & cōsecratur, in regno Francorum sita.

Rhedones populi inter Celtas, ex ciuitatibus oceanum attingentibus, quæ Armorica appellantur, proximi Aulerkis, Sessuijs, Curiosolitis, Osifinis, Vnellis, Venetis, Andegauis, Cenomannis: ciuitas est episcopalis, in Prouincia Turonensi, & Francorum regno sita, nomen retinet, in Britanniæ ducatu consistit.

Rhenus Germaniæ flu. non longe à Danubij, & Rhodani flu. fontibus, & ferè in medio eorum oritur ex Lepontijs, qui à nonnullis Sarmatæ dicti, alpes incolunt, inter sineis diocēsum Curienfis, & Tridentinæ, non longe ab Italia, longoque spatio per sineis Nantuatum (qui hodie Constantienses esse creduntur) Heluetiorum, & Sequanorum

I N D E X

quorum (ex quibus sunt Basilienses) & comitatus Ferretensis, Mediomatricum (hodie Metensium) qui tunc usq; ad Rhenum extendebantur, Tribotum (nunc Argentinenium) & Treuironum citatus fertur: ac ubi oceanus proximus est in plureis defluit parteis multis, ingentibusq; insulis effectis, quarum tres ferè à Phrysijs, ac reliquæ à Sicambrijs nunc Gherensibus, & Holandinis (qui olim Bataui dicebantur) ac à quibusdam feris nationibus incoluntur. Sunt etiam qui hunc, & Danubium in Rhetia oriri tradant, & non longe à locis, ubi uina Oltrinas nascuntur. Rhenus igitur nō attingit Sequanos (hodie Burgundos) nisi à finibus Heluetiorū circa Basileam usq; in fineis Argentinensium, Basilea enim comprehenditur inter Sequanos, & suffraganea est Bisuntina Metropolis: inde est, quod reliqua pars fluminis Rheni ab eius ortu Circa Curientem diocesim Prouinciæ Maguntinae usq; in fineis Basiliensium circa ipsum flumen ferè tota ad Heluetios pertinebat, qui ueteres Ro. in militariibus signis imitati capita Boum, Aprorum, Vrforum, & similiarum uexilis suis depingere consueuerunt.

Rhodanus fluuius Sedunos, Veragros, Allobrogas, & Galliam Prouinciā Romanorum à Celtis dispariens, oritur non longe à Danubij, & Rheni flu. fontibus, circa fines diocesis Sedunensis, propè montem, cui nunc Briga nomen est, & ad Sedunum Germaniæ urbem decurrens, uicū Veragrorum (qui hodie sanctus Mauritijs dicitur) interfecat, lacuiq; Lemano (quem accolæ Lausanensem nominant) admissus, & ad pōtem Gebennæ urbis eundem lacum egressus in Lugdunū, Viennam, aliasq;

I N D E X

aliasq; urbeis, & insignia loca ad Volcas (nunc Auenionenses) prolapsus, Ligusticū mare tribus hostijs influit.
Rosne à Gallis hodie.

Rigodulum locum inter Belgas, supra Mosellam fluuium, non longe à finibus Treuironum editum, ubi Petilius Cerealis Romanus copias Treuironum, & Germanorum magis casu, quàm prudentia fudit, proximum Metensium finibus, mōtibus, & Mosella fluuio septum, non memorat Cæsar, sed Tacitus.

S

Sanctones inter Aquitanos populi, finitimi Tolosatis, & propinqui Petragoris, Engolismensibus, Pictauis, ac Gallie Prouinciæ Romanorum: ciuitas est episcopalis, in Prouincia Burdegalensi, Francorum regno sita, nomen retinens.

Sebusiani populi inter Celtas extra Galliam Prouinciam Romanorum trans Rhenum fluuium primi, Allobrogibus, Sequanisq; ac Heduis, quorum erant clientes, finitimi, inter Lausanensem, & Lugdunensem diocesim sitæ, quos Bellicenses esse coniectura est: ciuitas est episcopalis in Prouincia Bisuntina, duci Sabaudie subdita, siue eius antistiti: per horum fines ad loca, ubi nunc uicus, cui sanctus Amor nomen est, in comitatu Burgundie, ac relictæ ad Ararim, qui nunc Sagona dicitur, ubi pagum Heluetiorum Tigurinum deleuit, Cæsar peruenit, circa Vi-redunum & Turegium castella illius fluminis citerioris ripas attingenti.

Sequana flu. prorsus in Francorum regno Celtas, postquam Matrona flu. sibi immistum est, à Belgis desinens: oritur

oritur

I N D E X

oritur prope fines Heduenſis, ac Lingonēſis diœceſum, in ducatu Burgundiæ, in Alſeti regione, nō longe à uico abbatiæ, & monaſterij ſancti Sequāni, ac Treceſem agrum, & Pariſiēſem urbem delapſus, Rothomagum ciuitatem, & mare oceanum inſluit, nomen retinens adhuc.

Sequāni populi inter Celtas, hodie Burgundiæ comitatum incolentes, quos à Gallia Prouincia Romanorum Rhodanus fluuius diuidebat, finitimi Heluetijs, Heduis, Lingonibus, ac Rheno per fines comitatus, nunc Ferenſis, nihil ut uidetur, de his, quæ in ducatu Burgundiæ ſunt, tunc poſidentes, quòd illa omnia ſpeciali nomine Heduis, & Lingonibus adſcriberentur, nec illi dicerentur Sequāni, ſed hi ſolum, qui à Rhodano prope Belliſenſis urbis diœceſim, uſq; ad Biſuntinam ciuitatem maximam Sequanorum, & ab inde uſq; in ſineis comitatus Ferretenſis, ac diœceſis Argentiſ, Rhenumq; fluuium protēdebatur, inter quos fluuios Rhodani, & Rheni per ciuitatem illam Biſuntinā, quæ quaſi in medio eſt, quinque dierum iter expedito patet finibus hiſdem. Vltra quoque Ararim flu. non longe poſt eius ortum Sequanorum ſines, quos ipſa Biſuntina diœceſis complectitur, protendi uidebantur.

Sueuorum gens trans Rhenum Bauaris, & Franco-
nibus finitima, plusquā centum pagos habens, maxima,
& bellicoſiſſima Germanorum omnium. Inter hanc gen-
tem ſunt Vlma oppidū, ciuitatesq; & loca inſignia mul-
ta. Bauaria uetus eſt principatus, & Auriſ ducibus, ac
Marchionibus Badenſibus, comitibus de Virtemberg,
alijsq; principibus eccleſiaſticis, & ſecularibus ſubiecta,
qui,

Vlma.

I N D E X

qui, ut olim referente Casare principes regionum, atque pagorum sunt, & in pace inter suos ius dicunt, controuersiasq; minuunt.

Sedusij, uel Seduni populi Germani, si pro Sedunum urbem incolentibus capiantur, ut coniectura est, Heluetijs, & pro parte Celtis annumerantur, uel saltē eis sunt finitimi, ipsosq; Rhodanus flu. irrigat: finitimi etiam sunt Veragris, inter montes, quibus nūc Briga, & sancti Bernardi nomen est, non longe ab Antuatibus, & Allobrogibus germanica lingua ex magna parte utentes. Ciuitas est episcopalis, Tarentasie latine nomen retinens: in cuius finibus Rhodanus oritur, nec longe ab eis uersus Curientem, & Tridentinam dioceses Rhenus exoritur.

Suitenses,

Suesij populi Germaniae, quos coniectare licet fuisse Constantiensi, Basiliensi, ac Sedunensi agro finitimos, & inter Celtas, Heluetiosq; annumerari, siue sorte Suitenses esse, qui cum Turicensibus quondam, Heluetijs nostra memoria bella gessere. Vel Suesij, id est Sueni: na, cum singulis annis domo Sueuorum media pars excederet, forte diuersas sibi ad habitandum regiones delegerunt. Ex quibus forsā sunt illi maritimi, qui Dacia, & Noruegiae sunt finitimi, ac qui circa Lepontios, Rhetosq; habitant, idem ferē nomen Sueuorum habentes, a Sueuo monte, qui ab ortu solis Germaniae initium facies, ad Cimbrorum usq; promontorium magno aditu protenditur, forte dicti.

Sueuus mons,

Senones inter Celtas, finitimi Belgis, Parisijs, ac Carnutibus, fuerant antiquitus ante Casarem in fide Heduarū: ciuitas est Metropolis, cuius omnes suffraganei sunt in Cel

I N D E X

in Celtica, in regno Francorū sita, retinens nomē, quam in Burgundia sitam uulgus uocat. Forsan enim id inoleuit à primis Burgundionum regibus, quos Senones Lugduni, ac Viennæ post natum Christum per multa secula regnasse in Celtica pleriq; tradunt.

Suessiones populi inter Belgas, fratres, & consanguinei Rhemorum, eisq; attributi, quibus, ac Bellouacis, & oppidis Nouioduno (quod hodie est ciuitas) Bractuspantioq; erant finitimi: agros feracissimos, & latissimos fines habebant, apud quos rex fuerat totius Gallie potentissimus, qui etiam Britaniæ regnum obtinuerat, xii. oppida in SueSSIONIBUS habens. Tempore autem Caesaris regnabat Galba, multiq; Gallorum reges usq; post magni Caroli tempora diu in Belgica regnasse, & coronā apud SueSSIONES accepisse leguntur. Ciuitas est episcopalis, nomen retinēs, in Prouincia Rhemensis, prima suffraganea, & regno Francorum sita.

Segni inter Belgas populi, ex gēte, & numero Germanorū, Condrusis finitimi, qui ambo populi sunt inter Eburones, & Treuiros, comitatui Namurcēsi, Arduennæ syluæ, & ducatus Lucemburgensi, Mosæq; flu. proximū, nomen retinent: eorum oppidum diocesis Leodiensis illius episcopo subijcitur.

Scalde flumen inter Belgas, Mosam influēs, in extrema parte Arduennæ syluæ, nec longe ab Aduaticis, Nervios, & Tornacensem urbē intersecat, nomen retinens.

Sabis inter Belgas flumen, Nervios irrigat & Mosam flu. penes Condrusios Namurcio oppido Leodiensis influit. hodie Sambram uulgus nominat.

Sambra,

o o

Sessuij

I N D E X

Sessuij populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus oceanū attingētibz, quæ Armorica appellantur, proximi Aulercis, Curiosolitibus, Rhedonibus, Osissinis, Vnellis, & Venetis. Hos quā putāt esse Exisinos, quæ ciuitas est episcopalis, Prouinciæ Turonēsis, in regno Frācorū siti.

Sontiates populi inter Aquitanos, finitimi Vocatijs, & Tarusatijs populis Aquitanis, & Tolosæ, ac Narbonæ ciuitatibus Gallie Prouinciæ Romanorum, & Hispaniæ citeriori habentes oppidum natura loci, ac manu munitum, in regno Francorum siti.

Sibuzates populi in Aquitania, proximi Garumnis, Hausis, Haseis, Vocatijs, Tarusatijs, Coccofatibus, & Hispaniæ citeriori in Francorum regno siti.

Sicambri populi Germaniæ, olim ex toto Transrhœnani, proximi Vbijs, trās Rhēnū tūc sitis, syluas, & solitudines habebāt, ad quos ex Menapiorū, ac Eburonū finibus Rhēni transitū, maxime ubi ipse, & Mosæ cōfluunt, breuis est aditus. Eburones enim Rhēni citerioris ripas, Sicambri autē ulteriores incolebāt, nūc oppida, uicos, & agros Sicābri (quos Ghelrēses appellamus) etiā inter Mosam, et Rhēnū possidēt, quorū pars ē diocesis Leodiēsis.

Sanarobrinæ, locus inter Belgas, ubi Cæsar Gallorum cōciliū indixit, & aliqñ hyemauit, ac impedimēta exercitus, obsides ciuitatū, literasq; publicas, ac frumentum reliquit. Hanc Cameracēsem esse urbem quibz dā placet. Sabis enim fluuius eā interfuit, & his gallica lingua satis alludit uocabulū, estq; ferē locus ipse in medio Belgarū situ fertilis, ac solo opportuno cōstitutus: ciuitas est episcopalis, & imperialis, Prouinciæ Rhemēsis, forsā ab Eburonicibus

Cameracum.

nicibus

I N D E X

nicius populis ciuitatum oceanū attingentium, quæ inter
Celtas erant, orti: uel à Segnis Belgarum populis. In hoc
oppido quinto ab hinc anno fœdus inter omneis Christia-
nos principes ad internitionē Veneti nominis icū est, au-
tore pōtifice Iulio 11. quod Cameracense ab oppido di-
ctum est. Sunt tamen qui Sancti Quintini oppidū malint.

Fœdus came-
racense.

Sengoriaci populi in Anglia, mari proximi, & Cas-
sij, Bibrogibus, Trinobantibus, Ceuimagnis, & An-
calitibus, nunc forte Eboracenses dicti, cui satis alludit uo-
cabulum: ciuitas est Metropolis.

Siluros, populos Angliæ, Tacitus refert.

Sunici populi propè Coloniam urbem, olim Agrippi-
nam dictam, & Rheni fluminis ripis citerioribus adiacen-
tes, à Tacito proditi.

Sarmatas Germaniæ populos, qui cōtra Sueuos Vānio
Sueuorū regi ab eis expulso opem tulere, Tacitus refert.

Sabrinam in Anglia flu. Tacitus memorat.

T

Tullingi populi erant finitimi Heluetijs, inter Celtas,
nō longe ab Allobrogibus, & ut quidā opinātur, etiam
fuerunt incolæ Turegi oppidi, nunc inter Heluetios siti,
quod forsan tunc ex illorū pagorum numero non erat, in
Constantiensi diœcesi habitantes, sed ab Allobrogibus si-
tis remoti. Quidam autē interpretantur Turegum, quasi
Duregum, id est duorum Regum, & Tullingos credunt
nunc Lotoringos esse dictos, nomine composito, ex Lo-
tario eorum rege Carlomani stirpe.

Turegum.
Duregum.
Lotoringi.

Tolosates populi Galliæ Prouinciæ, finitimi Narbo-
nensibus, & Santonibus, nec longe à Sontiatibus po-
pulis

I N D E X

pulis in Aquitania, nomen retinent: ciuitas est Metropolis, Francorum regi subdita.

Tigurinus pagus, & populi eius quartam partē Heluetiæ continebant, ac inter Celtas erant, inde forte coniectura est, eos esse, qui nunc Turegum cum agro adiacenti apud Sulenses, Basilienses, Constantienses incolunt.

Theutoni populi ultra Rhenum flu. fuerunt, ex quibus & Cymbris Aduatici fuere prognati, apud quorum loca, cum id flumen in Galliam uenientes transiissent, impedimenta cum unius ferè legionis presidio reliquerunt. Vfus autem Theutonos credit, qui Franconiā, & Bavariam Germaniæ regiones, eisq; finitimas terras inhabitat. Vulgus uero omneis citra, & trans Danubium populos appellat Theutones. Hi forte eorū finibus quondā pulsī à Sueuis, qui quā latissime agros desertos possidere gloriabantur, sese Cymbris sociarunt, cum quibus à Romanis duce Mario cæsi sunt, quos Pöponius Mella Albi flu. Cymbrisq; Hermonibus, & Sarmatis propinquos tradit, Theutones tamen eos esse, qui trans Danubium ad dextram eius inhabitant. Plures scripsere inter Alpeis scilicet Italiæ imminentes, & Danubij alueum incolentes. Dicti autem forte sunt à Tuiscone eorum Rege, Manni filio, ut sentit Tacitus lib. de situ Germaniæ. Italica, ac gallica lingua alludunt.

Tuisco rex.

Treueri populi inter Belgas, in cōfinibus Germaniæ, finitimi Neruijs, Menapijs, Eburonibus, Rhemis, Mediomatricibus (id est Metēsibus) & Rheno flu. usq; in pontem, quo Cæsar traiecit exercitum, quæ pars nunc est Coloniensis diocesis. Ferè autē omnes Treueri germanica lingua

I N D E X

lingua utuntur, & nisi exercitu coacti, imperata non faciebant. Nam ciuitas propter Germaniæ uicinitatē quotidianis exercita bellis, cultu, & feritate nō multum à Germanis differebat. horum inter Gallos uirtutis opinio erat singularis, & plurimum equitatu, peditatuq; ualere existimabantur, nomen retinent. Situs ciuitatis est natura munitus, & Metropolis huius ciuitatis præsul unus ex electoribus imperatoris est, qui proximis his annis legatus à Maximiliano Cæsare ad Venetos ueniens, unā cum Cardinali Lucemburgensi, re infecta abiit.

Tribotes populi Germaniæ, in finibus Celtarū, & Belgarū, finitimi Tullensibus, Basiliensibus, Spirensibus, Lingonibus, & Rheno, serè omnes germanica lingua utuntur: ciuitas est episcopalis Prouinciæ Maguntinæ: nunc Argentineses latine dicti: quibus uulgaris sermo cum ueteri satis alludit uocabulum. Hi sunt in regione Alsatia, olim (ut quibusdam placet) Heluetia.

Argentineses,
Alsatia.

Turones populi inter Celtas, Carnutibus, & Andegauensibus finitimi, proximi oceano. Ciuitas est Metropolitica, cuius omnes suffraganei sunt in Celtica, & ex maiore parte in Britaniæ citerioris ducatu, nomen retinens, in regno Francorum sita, quam & Andegauensem urbē Diuus Lodouicus Francorum rex, Britaniæ ducatu detraxit, cuius tamen Prouinciæ omnes aliæ Britaniæ, etiam Britonantis, ciuitates remanserunt.

Tarusatij populi Aquitania, proximi Vocontijs, Sontiatibus, Tarbellis, Garumnis, Cocosatibus, & Hispaniæ citerioris: hos coniectura est fuisse populos Turse, quæ Tartia oppo-
ciuitas est episcopalis, in Prouincia Auscitana, & Fran-

I N D E X

corum regno sita.

Tarbelli populi in Aquitania, proximi Bigerronibus, Sontiatibus, Vocatijs, Tarusatijs, Hispania citeriori, in regno Francorum siti.

Tenchtheri Germaniae populi, Trās-rhenani, qui cum Vsi-petibus, & magna multitudine hominū, à Suevis diu agitati, & triēnio uagantes, Rhenū flu. trāsierūt, nō longe ab hostio, quo Rhenus ipse mare influit, Menapiorum agros utrāq; flu. ripā incolētū occuparūt. Quo satis cōstat Menapiorū fines, quos pleriq; opinātur Iuliacenses fuisse, multo q̄ nunc maiores extitisse. Hæc gens posthac Rheno discreta, sollicitauit Vbios (nūc Agrippinēses) ut à Romanis deficerēt, initio imperij Vespasiani, Tacitus.

Tamēsis flu. in Anglia, fines interioris regionis à maritimis ciuitatibus diuidēs, à mari circiter passuum mil. octoginta, id uno omnino loco pedibus, atq; ægre transiri potest, & in mediterraneis illius locis in sula oriens, nauiga-

Tamisa fl. bilisq; oceanum influit. Tamisam uulgus.

Trinobantes populi in Anglia, propè firmissimam earum regionum ciuitatem incolētes, mari proximi, & Ce-uimagnis, Sengoriacis, Ancalitibus, Bibrogis, Cassijs, Angliæ populis.

Tectosages populi olim Galli, fertilissima Germanie loca circa hercyniā syluā occupauerunt, atq; ibi cōsederūt, summā iustitiæ, & bellicæ gloriæ opinionē habētes, in ea inopia, egestate, & patientia, qua Germani permānētes, eodē uictu, & cultu corporis utētes. His forte Frācones Germaniæ populi, eisdē locis proximi, successerūt: à quibus Franconibus postea cis Rhenū trāsierunt, &

Galliam

I N D E X

Galliam occupantibus, uelut priscum, propriumq; solum
repetentes, citraq; Parisios populos sedem eligentibus,
Francia dicta est, ut plerisque placet. Ex his Testosagibus
erant hi, quos Mallius Romanorum dux in Gallogracia
strauit, & uicit, triumphumq; retulit.

Tauciaci populi Germaniae, proximi Nemeti, et Hel-
uetiorum finibus, a quibus sylua Hercynia oritur: & forte
erat Rauraci, qui proximi Heluetijs circa Basiliensium finis
habitabant, hi tamen Hercyniae syluae non erant proximi, sed
Baceni syluae, quae nigra dicitur, interfluente tamen Rheno.

Tungros Belgarum populos Tacitus facit: hi cis Rhe-
num, & Mosam inter Eburones numerantur: oppidum est
nomen retinens, olim ciuitas episcopalis: huius sedes posthac
fuit ad Leodiensem urbem translata, usque ad cuius oppidi
moenia, ut plerique uolunt, oceanus protendebatur, cuius
rei quaedam illic uetustatis adhuc monimenta uidentur. Inde
Caesar scribit Eburones fuisse mari proximos.

Tasandrum oppidum in Leodiensi diocesi, cui Diuo
Trudo nomen fecere.

Tarbiaci in finibus Agrippensium populi, Tacitus.

Tubantes Germaniae populos, qui Phrysiæ partem ma-
ri oceano, Rheno flu. ac lacubus proximam, saltibus, & pa-
ludibus abundantem incoluerunt, quam antea Mani po-
puli habitabant, Tacitus.

Tygeni populi Angliæ, quorum Rex Prasutagus Ne-
ronem imperatorem heredem instituit, Tacitus.

V

Vxellodunum oppidum in finibus Cadurcorum, inter
Celtas, non longe a Gallia Provincia Romanorum. Vide

Cæsarem lib. 8. pagina 228.

Vatucca inter Belgas castellū, quasi in medijs Eburonū finibus, nō lōge à colle uno syluis, & tumulo, ac magna conualle, ubi Titurius, & Arūculeius Romani hýemantes cum legione una, & quinq; cohortibus à duobus Eburonū regibus dolis intercepti sunt. Id castellū proximū fuisse Limburgensi, nec lōge ab Aquisgrani urbe uerisimile est, forsā eo loco, ubi est nūc castellū, cui Valcatus mōs. tus mons nomē est, Vatucca tamē castello, ut Cæsar ipse describit, suberat Rhenus flu. propterea nonnulli credunt Vatuccam castellum fuisse, ubi nūc est Iuliacum oppidū, quod ducatus est titulus, inter Aquisgranum, & Coloniā Germaniæ urbeis Cifrhēnānas, quod à Iulio Cæsare denominari putant, ubi adhuc plura insignia uetustatis monumenta apparent.

Valcatus mōs.

Iuliacum opp.

Vocontij populi extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, citra Rhodanū, Centronibus (id est Tarentasijs) finitimi, & Allobrogibus ultra Alpes Graias (quibus hodie mons cinerum, siue Cinesius nomen est) hos Isara flu. alluit.

Urbigenus pagus Heluetiorum inter Celtas.

Vesuntio oppidū maximū Sequanorū, natura loci munitum inter Celtas, nūc comitatu Burgūdīe circūseptum: ciuitas est imperialis, ac Metropolitica, nomen retinens, mutata litera u, in b, ut Romanis, & Vasconibus pronuntianti mos est: situm habet, qualem Cæsar in cōmentarijs descripsit, præterquam nunc eam idem fluuius ex magna parte interfecat: in illa sunt loca uetusta, qualia Romæ, quæ Pantheon, campus Martius, campusq; Mineruæ, uulgo semper latine dicta sunt, multaq; alia prisca uetustatis

statis

I N D E X

statis monimenta consistunt.

Vangiones populi Germani, inter Belgas numerantur, finitimi Tullensibus, Metensibus, Spirensibus, Maguntinis, ac Rheno flu. omnes ferè germanica lingua utentes: ciuitas est episcopalis Prouinciæ Maguntinæ, nunc Vormacienses dicti, Halsatiæq; (olim Heluetiæ: tunc Gallici, nunc autem Germanici iuris) adscripti, quo magis ipsi, & Spirenses, ac Argentinenfes quin & Maguntini, tanquam omnes altæ Alamanie attributi, & ad ripas Rheni citiores siti uidetur, inter Celtas forsan collocadi, nisi quis recta à Matronæ fluminis ortu ad Rhenum flu. Celtas his finibus Belgis dispartiat: quibus Belgis pari ratione Virendunum, quæ ciuitas est episcopalis Prouinciæ Treuerensis, in ducatu Barrensi consistens adscribitur.

Volgæ populi Prouinciales, non longe ab Artomicis, qui nunc Aurascenses sunt, Tolosatibus, Narbonensibus, Massiliensibus, Gaballis, Cadurcis, Heluijs, ac Rhutenis, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos: hos Rhodanus fluius alluit, posthac Ligusticum mare influit, Aremici priorem à nonnullis, nunc Auenionenses dicti: ciuitas est episcopalis, Prouinciæ Arelatensis olim, nunc uero Viennensis: maiorum nostrorum memoria patrimonio beati Petri emptionis titulo addita. Hic Romani pontifices sedem, magno totius Italiæ incommodo, maiore urbis Romæ tenuere septuaginta, & amplius annos, donec felicissimo euentu Italiæ restituti pontifices, ad hanc diem mansere.

Vienna ciuitas metropolis, in Gallia Prouincia Romanorum, nunc Delphinatu, extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, quæ flu. Rhodanus præterfluit, ad eius citiores ri-

INDEX

pas sitam, proxima Aruernorum finibus dispartite Rhodano. Heduarum finibus Caesaris tempore, ad quos Matisco oppidum, nunc ciuitas, pertinebat: hodie Lugduno ciuitati finitima, beneq; sita.

Castletenses. Velocasses populi inter Belgas Morinis, Neruijsq; finitimi pximi Ambianis, & Atrebatibus: hi hodie Castletenses dicti, in comitatu Flandriae, & Francorum regno, Morinensiq; dioecesi siti, instar pagi sunt. Hanc Prouinciam repetit rex Francia nunc à duce Burgundia.

Vermandois. Veromandui populi inter Belgas, Rhemis, Atrebatibus, Neruijsq; finitimi, nomē retinent, in Francorum regno siti, at ex magna parte in dioecesi Laudunensi, ac Suefionensi, & ex tota in Prouincia Rhemensi, instarq; prouinciae habentes, inter quos sunt incolae oppidi sancti Quintini, quos rex repetit. Vermandois à Gallis, mutua aliquantulum nominatione, dicti.

Veragri populi extra Celtas, Belgas, & Aquitanos, intra Sedunos, Antuates, & in Allobrogas, mōtesq; sancti Bernardi, & Brigam: quos Veragros Rhodanus flu. interlabitur: caput gētis est uicus, ubi abbatia, cui sanctus Mauritius dicitur, dioecesis Sedunensis, quicquid tamen agri trans Rhodanū possidebant, Celtis adscribitur. Per hos ad mōtes illos, quos Caf. summas Alpes nominat, ex Gallia in Italiam uenientibus aditus est.

Vanes. Veneti populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus oceanū attingentibus, quae Armoricae appellantur, proximi Vnellis, Osi sinis, Curio solitis, Sesuijs, Aulereis, Rhedonibus: hi, ut quibusdam placet, etiam Vanes dicti sunt, in Prouincia Turonensi, & Regno Francorū siti: ciuitas est

I N D E X

est episcopalis, cuius amplissima erat autoritas, omnis oræ
maritimæ regionum earum in Britānia Britonante. Sunt
præterea alij quidam populi Auenionensibus proximi,
Venuxinum comitatum incolentes, patrimonio beati Pe-
tri subditi. Hos partem Galliæ Prouinciæ Romanorum
fuisse quibusdam placet.

Vnelli populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus o-
ceanum attingentibus, proximi Andibus, Venetis, Ossi-
nis, Lexobijs, Curiosolitjs, Sessuijs, Aulercis, Rhedoni-
bus, inter ciuitates Armoricas numerati, in Prouincia Tu-
ronensi, & Francorum regno siti.

Vellauni populi inter Celtas, proximi Heleuteris, Ca-
durcis, Gaballis, & Aruernis, quorū sub imperio esse cō-
sueuerāt: ciuitas est episcopalis in Prouincia Bituricensi,
nomē retinens, à multis tamē Sancti Flori ciuitas dicitur. **S. Florus.**

Vellaunodunū inter Celtas oppidum Senonum, pro-
pinquum Agendico Senonū oppido, ac Genabi oppido
Carnutum, quod Genabis oppidum pons Ligeris flu. con-
tinebat, nec longe ab Auarico, & Nouioduno oppidis
Biturigum, in Francorum regno situm.

Vocatij inter Aquitanos proximi Tarusatijs, Sontiatij
bus, Tarbellis, Bigerronibus, Garumnis, Garitibus, Coc-
cosatibus, & Hispaniæ citeriori, in regno Francorū siti:
ab his forte Vascones dicti. Hos coniectura est fuisse Ve- **Vascones.**
saticos: ciuitas est episcopalis, in Prouincia Ausitana, Frā-
corum regno sita, quos Vasatenses dicimus. **Vasatenses.**

Vsipetes Germaniæ populi Trāsrbhenani, qui cum Ten-
chtheris, & magna multitudine hominum, à Sucuis diu
agitati, & trienio uagantes Rhenū flu. trāsierūt, nō lōge
ab hostio,

I N D E X

ab hostio, ubi mare insluit, & Menapiorū agros utranq;
fluminis ripam incolentes, occuparunt. Ex hoc constat
Menapiorum fines, quos pleriq; opinantur Iulienses
fuisse, multo latiores, maioresq; extitisse, & agros duca-
tus Montensis Rhēni ripis ulterioribus adjacentes, ac
etiam Cliensis possedisse.

Vbij Germani populi olim Transrhenani, quorū fuit
ciuitas ampla, & florens, ut est captus Germanorum, qui
paulo sunt eiusdem generis, & ceteris humaniores, quia
Rhēnū attingunt, multumq; ad hos mercatores uentant,
& quod ipsi propter p̄pinitatē Gallicis sunt moribus
assuefacti: hos Sueui diu, & s̄pe bellis experti finibus
expellere adnixi sunt, & sibi uestigales fecerūt, multoq;
humiliores, & infirmiores reddiderūt, in quorum finibus
Cesar primo trans Rhēnū exercitu per p̄tem in Mena-
pijs factū ducto, uastatis agris Sicambrorum se recepit.
Iterum autē paululū supra eū locū, quō ante exeratū tra-
duxerat, pontē in finibus Treuirorū fecit, legionesq; tra-
duxit, cuius p̄tis ultima pars Trāsrehana ripas Vbio-
rum cōtinebat. Hos esse Agrippinēses, nūc Coloniēses,
à Claudio Cesare Agrippinæ uirō, acceptos plerisque
placet: qui, ut uerisimile est, à Sueuis cōpulsī, citra Rhe-
num hortāte Agrippina, urbē condere, & habitare co-
perunt: quæ ciuitas paulo post cū Romanorū socia esset,
ac recens cōdita, fatali igne, ut Tacitus scribit, cōsumpta
est: & ferē eodē tēpore simili casu Lugdunū incensum,
& dirutū esse constat, ut in epistolis refert Seneca. Cæsa-
ris igitur tempore coniectura est loca, ubi Marchia co-
mitatus à duce Cliensi nunc possessus, Vestalīæ oppida
sunt,

Agrippinensis ci-
uitatis incediū.

Lugdunū incen-
ditum.

I N D E X

sunt, parsq; ducatus Montensis, incoluisse præsumentur: quorū adhuc magna pars ad Coloniensem ecclesiā pertinet. Hos Tacitus Transrhenanos etiam suo tēpore fuisse scribit, quod forte ad utrāq; Rheni ripā uicos, agros, possessionesq; haberēt. Sic & Allobroges ad Rhodani ambas ripas, & Menapij tunc ad Rheni utraq; ripam, sic & Phrysijs, & Ghelrenses, nunc ad ipsius Rheni ambas ripas, uicos, agros, possessionesq; habebāt, & adhuc possident. Quin & aliquando usq; ad Rhenū flu. protensos Saxones fuisse quibusdam placet, quod facile est, cum quis origine saxo illic forte aliquid possederit, ut sēpe principibus alienigenis hoc diuerso iure contingit.

Vofecus mōs in finibus Lingonū, à quo Mosa flu. profuit, nō lōge à fonte Matrōe flu. in Frācorū regno situs.

Vocetus mons in Heluetijs: Tacitus.

Vatasticam insulam in flu. Rheno finitimā Batavis, & Phrysijs, quæ est diœcesis Traiectensis: Tacitus. Battauos autē, quos Holādinis dicimus, lōge alios esse certum est, ab illis Holādinis, qui propē Balcen mare, ac Daciam habitāt, sicut & alia est circa id mare, et Daciā, Zelādia.

Vuallis est pars flu. Rheni quam Mosa flu. recipit ante, quā in Battauos, & mare oceanū fluat: & est diœcesis Traiectensis propē Nouomagium oppidū, & Traiectensem urbem episcopalem nomen retinens.

Vindonissē locum prope Maguntiam urbem Cistrheananam, Tacitus refert.

Vascones in Aquitania populos, Tacitus memorat.

Vetera castra hybernorum Romanorum locum citra, & prope Rhenum flu. amplum habentem uallum, cuius
pars

I N D E X

pars in collem leniter exurgēs, pars aequo aditur. Vbi op-
pidum, & obliqua in Rhenum moles, cuius obiectu uolu-
tus annis, & latitudo camporū inter ciuitates Traiecten-
sem, & Coloniensem, quibus hybernis obsideri, premi-
Germanias Caesar Aug. crediderat, Tacitus refert: nunc
in Cleuensi ducatu situm.

Vadam inter Coloniensem & Traiectensem urbeis lo-
cum ultra Nouesium Rheno flu. & cis cum adiacentem
in Ducatu Cleuensi situm, Tacitus memorat.



TQVE hæc de Gallorum, Gallisq;
qui aut proximi, aut finitimi sunt popu-
lis, ita perstrinximus, ut quāuis uetusta-
tem illustrare pro uirili cōsiliū fuerit,
multa tamē inserta quoq; sint, quæ tem-
pora hæc recentiora, mores, & uiros, ac res præclare ge-
stas ab his explicent, nec tamen singula persecuti sumus,
sed summas rerū, & ex his illustrissimæ quæq; libauimus.
Nam si aliarū quoq; gentiū, quæ toto orbe nunc degūt,
nominum mutationes, fortunæ uarietates, mores, locorū
diuersas appellationes, aut fluminum, uires, res gestas ad
hanc normam dirigere uoluissē, id sanè & operosum
nimis, ac immensi penē operis fuisset, & consiliū oblitū no-
stri uideremur: quippe qui ab initio Casarem tantum, aut
Tacitum, & Gallos, ac finitimas his genteis hoc nostro
indice complecti uoluerimus, reliquum operis, & in aliud
tempus, & in alias commētationes reiecerimus. Illud ad-
monuisse diligentem lectorem uolo, multa illum ex uaria
historiarū lectione collecturū, quæ Europam, & Asiam,
ac Africam saltem oram litoralem notiora nobis factura
sint.

I N D E X

sint: nam, ut ulterius penetres, legis hæc Mahometanæ di-
 uersitas à Christiana pietate prohibet, sed & ipsa orbis
 parens gentium omnium Regina Italia tantas mutationes
 sensit, ut uix nomen ullum retineat, quod olim habuit.
 Quis enim nescit eam Italiæ partem, quam Sannites, Ap-
 puli, Græci, Campani illi tenuere, totam nunc in regni
 Neapolitani nomen abiisse: quod olim Latium, nunc Cam-
 paniam, aut terram Romanam: Quæ Gallia Cisalpina, in
 Lombardiam: quæ Venetia, in Marchiam Taruisinam:
 quæ Flaminia olim, nunc in Romandiolam esse mutatam.
 Iam quæ priscis illis temporibus clarissima oppida fue-
 rant, aut penitus concidère, aut in uicos abiere, succeße-
 req; omnino cum aliæ gentes, tum aliæ quoq; nominatio-
 nes diuersissimæ. Lyrin enim à ueteribus annem dictum,
 iam septingentos ab hinc annos à Gariliano castello,
 quod Saraceni munitissimum propugnaculū sibi constru-
 xerant, Garilianum appellamus. Ticinum olim, nunc Pa-
 piam, à Papio quodam Gallorum Duce. Fregellæ ipsæ in
 Campania, in Pontē curuum mutata. Egnatia Appulia,
 Iuuenatium à nobis dictum. Anienum ipsum patrem, Ti-
 beronum accolæ uocant. Sipūs illa sepiarum captura ce-
 lebris, & inde nomen adepta, nunc Manfredonia uulgò,
 à Manfredo secundi Federici Imperatoris filio dicitur.
 Verū longius, quàm par forsā erat, euagati sumus. Cæ-
 tera sibi lectoris diligentia pariat, aut in altiori otio à no-
 bis expectet.

F I N I S.